der ductor erat:p̃poſito.In arimmæ Locũ Aſclepiodorũ Eunici Syriæ p̃

Arimma

fæcit:lõ ꝙ Arimma ſibi uiſus eẽt:in preparãdis neceſſariis exercitui/in
teriores ægypti partes petendi ſupbe ſe/ac ꝓ rege geſſiſſe ¶Peruenit autẽ
Alex.ad Tapſacũ ariſtophane athenis remp.adminiſtrante:ubi duobus
pontibus iunctũ uadum repperit. Nãq; Mazeus:cui Darius amnis tute

Tapſacus
flu.

lã mandauerat:cũ tribus fere milibus equitũ:in quis duo milia mercen
nariorũ:tranſitũ obſidebat:Cũq; pons ad ulteriorẽ ripã non ptingeret:

Ariſtophanes dux

nõ nihil ueriti ſunt macedões:neq cũ Mazeo tranſflumẽ erãt:ſuppleto
ponte in ſe impetũ facerent.Cœterũ.Mazeus:ut ſenſit.Alex.his locis ap
propinquare/arrepta protinus fuga/cũ oi p̃ſidio inde abit.Quo digreſ
ſo confeſtim/pontibus ſuppletis/& in ulteriorẽ ripã expoſitis:oĩs exerci
tus ſine periculo ab alexã.flumen traductus eſt.Inde interiora meſopo
tamiæ petens ꝓgrediebat̃.Ab leua flumen Euphrates atq; armeniæ mõ
tes erãt:atq; iõ haud ꝓcul a flumine nõ qua Babylonẽ iter ẽ:q̃uis ea uia
eẽt rectior exercitũ agebat.Q m̃ hac maior & pabuli/& rerũ neceſſaria
rũ copia ſuppetebat:& minus æſtus gradientes fatigabat.ꝓficiſcẽs ex q
buſdã de exercitu darii ſpeculatoribus i itinere captis cognouit dariũ ad

Eufrates
flu.

Tygri amnẽ cũ exercitu cõſediſſe:uti eũ trãſitu ꝓhiberet:multoq; maio
res copias hr̃e:q̃ ſupiore p̃lio i Cylitia hũiſſet:qbus auditis celeriter mo
uẽs ad Tygrim cõtẽdit.Sed neq; Dariũ nactus ẽ:neq; p̃ſidiũ:qđ darius
ibidẽ reliq̃rat.itaq; amnẽ difficulter quidem pp curſus rapiditatem:cœte

Tigris flu.

rum nemine prohibente/uado reperto traiecit:feſſoq; exitinere exerci
tui aliquantum quietis dedit.Fuit autem per eos dies ingens lunæ defe
ctio.Quapp Alex.lunæ/ac ſoli/& itẽ telluri:a quibus eclypſim genera

Lunæ defectio.

ri ferũt:ſacrificium inſtituit.Quam qdẽ rem ariſtander contemplatus
macedonibus atq; alexandro proſperã fore:eoq; menſe cum Dario pu
gnandum:extaq; uictoriã alexan.promittere aſſeuerauit.Digreſſus inde
alexander per aſſiriã ducebat:a Siniſtea hñs ſogdianorũ montes:ab dex
tra Tygrim.Quarto poſt tranſitũ die/exploratores:quos præmiſerat:re
nuntiant apparere in campis equites:q̃tus aũt eorũ numerus eſſet:non
potuiſſe comprehendi.Procedenti deinde cum inſtructo exercitu tanq̃
ubiq; pugnaturo:alii quidam ſpeculatores ulterius progreſſi:non plus
mille eqtes a ſe uiſos affirmabant.Quo audito confeſtim aſſumpta tur
ma regia apparata:& altera:quam amicorũ uocitabant:& antecurſori
bus peonibus eo aduolat:reliquis copiis moderatius ſequi iuſſis.Qđ
cum perſarũ eqtes animaduerterent illico citatis equis fugam arripiunt.
Quos inſecutus Alexander quoſdam:quos equi in fuga defecerũt:oc
cidit:cœteri incolumes euaſere.Ex captiuis cognouit Dariũ cũ ingenti
bus copiis haud procul inde abeſſe.aderant Dario indi Bactrianis finiti
mi.Ipſiq; Bactriani:ac Sogdiãi:quorũ oĩum Beſſus dux erat.Bactriano
rum Satrapes.Hos ſequebantur Sacæ/ex Scythis oriũdi:iis:q aſiam in
colũt.Nec tñ hi ſub imperio Beſſi erãt:ſed pp ſocietatẽ:quæ ſibi cũ Da
rio erat:cum Beſſo acceſſerant:eos ducebat Mabaces:atq; hic oĩs equita
tus arcubus in prelio utebatur.Barſetes arachotũ ſatrapes arachotos:&

Beſſus
Sace
Mabaces
Barſetes
Arachoti

montanos indos.Satibarzanes Ariorum præſes Arrianos ducebat Par
thosHircanos ac Topirios:qui omnes equites erãt.Tratafernes agebat
Medorum Atrocates dux erat:cũ medis Caduſii:Albani:& Saceſmæ iũ
cti erant.Rubri maris accolæ Orundobati:ariobarzani:atq; Oxini duci
bus parebant.Vxios/ac Suſianos Oxantes:Bubares Babyllonios agebat
Ana ſpaſticares/ac Sitacini cũ babyllonis coordinati erant.Orontes &

Ana

Mithraucta Armeniis.Cappadocibus arrianis præerat Syrios tã Celeſy
riam incolentes:quã ex omni reliqua Syria:quæ inter duo flumina ſita
eſt.Mazæus regebat totius autẽ exercitus Darii numerus eſſe ferebat̃ eq
tũ.XL.peditũ ad decies centena milia.ad hæc currus falcati.cc.Elephãti
xv.iiq; ex ea parte indiæ:quæ cis indũ flumẽ ſita eſt:cũ his copiis Darius
in Gaugamelis ad Bumodum amnem caſtra fecerat.Aberat aũt ab arbel
lis ad ſexcẽta maxĩe ſtadia plão undiq; & patẽti cãpo.Oĩa nãq; circũiecta
pſæ æquerãt:ut eẽt is locus:& curribus agẽdis & eqtatu habilis.Erãt aũt
qDariũ monerẽt ſe pp locoꝝ anguſtias ad iſſõ ſupatũ eẽ:idq;Darius faci
le credidit.q̃ poſtq̃ alex.ex ſpeculatorib' pſaꝝ captis didicit:i eo loco:ubi

Bumodus
flu.

Gaugamela
Arbellis
Quantum diſtet gaugamela ab arbelis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ea nunciata ſunt:uallo ac foſſa cõmunitis.Q uatriduũ ſibi ad exercitus
quietem ſumpſit.Deinde ſtatuit:ſarcinis & inutiliore milite in caſtris re
lictis:ipſe cum bellicoſis nihil præter arma portantibus prelio decernere
Noctu itaqꝫ copiis eductis circa ſecundã uigiliã mouit:eo conſilio:ut in
ortu lucis hoſtem inuaderet.at poſtq̃ dario nunciatum eſt alexan.aduẽ
tare confeſtim exercitum ueluti mox pugnaturus in aciem inſtruit. Idẽ
alexander facit diſtabant caſtra a caſtris. lx:forme ſtadiis Alexander ubi
in hoſtium conſpectum uenit.phalanges iubet ſubſiſtere conuocatiſqꝫ
amicis/ac ducibus exercitus turmarum præfectis: ſociorum & item mer
cẽariorum ducibus conſultatum/nũ cõtinuo ex eo loco id:quod plures
ſuadebant: phalanx agẽda in hoſtem eſſet: an quod parmenio cẽſebat:
Caſtris poſitis perſcrutando: nũ inſidiæ ſubeſſent: nũ exitus paterẽt:nũ
foſſe cõtectæ: aut claui ab hoſtibus humi obruti uſpiam laterent:num
etiã ordines hoſtiũ certius agnoſcendi: Cumqꝫ in parmenionis ſentẽtia
itum eſſet: caſtra ibidem poſita/inſtructis copiis nõ ſecus atqꝫ continuo
dimicãdũ foret. Deinde Alexãder aſſumptis leuis armaturæ militibus
& equitatu amicoꝝ.eum locũ:in quo erat pugnaturus ĩ circuitu luſtrat.
Reuerſusqꝫ cõuocatis denuo copiarũ/ atqꝫ ordinum ductoribus. Non
oportere inqt illos cuiuſpiã oratione ad pugnam accendi: ſatis hortatos
iam diu eſſe per eorum uirtutẽ & eggregia facinora ſæpe numero ædita
id modo rogare: uti unus quiſqꝫ eoꝝ ordines ſibi cõmiſſos cohortetur
Celeſyria
atqꝫ admoneat. quanta huius pugnæ premia futura ſint.Non iã celeſy
riã: phœniciã/ aut ægiptum: ut prioribus præliis: ſed uniuerſam Aſiam
uictoriæ ꝑtiũ fore. Appariturũ facile uno cẽtamine utros in aſia regna
re neceſſe ſit. Non opportere illos multis uerbis ad decora /& glorioſa
opera excitari:cum perſe ſatis ipſi excitati:incenſiqꝫ uideantur.ſed tñ:ut
unicuiqꝫ curæ ſit:in pugna quid ſe deceat animaduertere.Silentio uten
dum qñ ſilentio opus ſit.Rurſus clamore utendum:cũ clamare oporte
Blatteatũ dictum
at:ad hec uti celeriter:ubi opus ſit:mandata ſua excipiant.excœpta ĩ or
dines tranſmittant.Tum ut ſibi quiſqꝫ apud animum proponat:quem
admodum ducum negligentia res in diſcrimen adduci ſolent:ita adhi
bita diligentia ſeruari conſueſſe.Simul monet uti eam partem: quã uel
a ſuis neglectam:aut deſertam/uel in qua multos defeſſos pugnãdo ui
derint:continuo ſubſidia ſubmittant.His atqꝫ huiuſmodi uerbis exhor
tatis/confirmatiſqꝫ ducibus fretus eorum uirtute:milites eorum corpo
ra curare atqꝫ indulgere quieti iubet.Ea nocte.quæ ſecuta eſt.Parmenio

ad eũ in tabernaculũ ꝓfectus:admonuiſſe fertur:uti per noctem inopi
nantes hoſtes inuadere.Q uod nox terrorem allatura eẽt:cui Alex. cla
re:ut a circunſtãtibus audiret᷑.Victoriã furari turpe eſſe/manifeſto ac ſi
ne dolo uincendũ:Atqꝫ hæc magnifica eius uox/nõ arrogantiæ:ſed fi
duciæ eſſe æſtimata eſt.Is aũt mihi uidet᷑ ſapientiſſima ratione hac in re
uſus.Multa.&.n.ſolent p noctẽ contingere.Ex quibus interdum effici
tur:uti fortiores ſuccumbant imbecilliores:ꝑter ſpem uictoriam adipiſ
cantur.Ipſi quoqꝫ alexan.in preliis nox periculoſa uidebat᷑:ſimul uere
batur:Si Darius a ſe iterum uinceretur:næ nocturnus ille congreſſus Da
rio neceſſitatem confitendi auferret ſe/& minus peritum ducem/& mi
nus ſtrenuos bello milites habuiſſe.Ad hæc ſiquid aduerſi ſibi ꝑter ra
tionem accidiſſet.hoſtibus quidẽ oĩa loca circũiecta amica:ſibi uero ini
mica/& infeſta fore.Illos oĩs regionis peritos ſe ignaros eẽ.Cumqꝫ non
paruus eſſet in caſtris captiuorum numerus fore uti ab his per noctẽ in
uaderẽtur:non ſolum ſi in pugna ſuccumberẽt:ſed etiam ſi nõ ſtrenue
uiciſſe uiderent᷑.Ob hæc igitur/atqꝫ huiuſmodi:nec minus de ſui fidu
cia:qua ad aperta pugnandum adductus eſt.alex.laudandum puto. At
Darii exrcitus / cõſpecto Alexãdro qñ caſtra ſibi parũ munita uidebat᷑:
ſimul ꝙ metuebat: næ ab hoſte peteret᷑: totã noctẽ inſtructa acie ĩſom
nẽ egit. Et ſane ſiqd Perſis maxime offuit: mora illa in armis longior
& metus: q ante magna pericula mortaliũ animos ſubire ſolet.Ille qdẽ
nõ repente exortus: ſed multo ante meditatus. Inſtruxerat aũt hoc mõ
exercitũ Darius. Nam poſt pugnã Ariſtobolo auctore: inuẽti ſũt libelli
in quis ordo eius deſcriptus fuerat.Siniſtrũ cornu Bactriani equites te
nebant/& cum his Daæ/& arachoti.Poſt hos perſæ eqtes/ac pedites cõ
mixti.Proximi erant Suſii:Suſios Caduſii ſequebantur.Et hic qdẽ ſini
ſtri cornu ordo erat.Dextrũ autem celeſyrii/ac Syrii:q inter duo flumi
na incolũt:tuebant᷑.His mœdi adiũcti erãt: deinde parthi/ac Sacæ:ſecũ
dum hos Topyri atqꝫ Hyrcãi:his proximi Albani/ac Saceſinæ:& hi uſqꝫ
ad mediã Phalangem pertinebãt:mediam aciem ipſe Darius/ regiſqꝫ cõ
ſanguinei regebant.& in ea locati perſæ Melophori/indi.& Cares Ana
ſpaſti:ac Marde ſagictarii.Vxii uero/& Babylonii/& maris rubri accolæ:
ac præter hos Sythacini poſt primã aciem conſtituti erant.In ſiniſtro ue
ro cornu:contra dextrum Alexandri cornu ante alios locati erant eqtes
Scythæ/ac Bactriani circiter mille.ac currus falcati centum.Elephãti cir
ca alam regiã:& currus ad quinquaginta.In dextro aũt cornu Armenii

Vere Magnus alex. dici merebatur: At noſtri duces fraudibus auro & fide infacta uincunt.

O Alexandruꝫ uere Magnum plus aio q̃ imperio.

Darius q̃lr diſpõebat ſuas acies

Populi q̃ dario auxilio fuerãt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eqtes/& Cappadoces curruſq; falcati quinquagita atte acies ſtābāt. Græ
ci uero mercenarii Dario ꝓximi erāt. & cū his perſæ regē medium tuen-
tes. phalangi macrdonū oppoſiti: tanq̄ ipi ſoli macedonicā phalangem
uirtute exequarent. Alexan. aūt ita ſuos inſtruxit. Dextrū cornu tueban-
tur equites ex amicis. Ante hos Ala regia: cui clytus Dropidi ꝑerat. huic
adiuncta erat Glaucii. Deinde Ariſtoniſ turma dein de Sopolidis Her-
modori: poſt hanc Heraclyti Antiochi: proxima huic demetri altheme
nis: hanc ſequebatur turma Meleagri. Vltima uero regiarū: cui Hegilo-
chus Hippoſtrati præerat. Totius aūt eqtatus amicorū Philotas Parme-
nionis princeps erat. Phalangis uero macedonicæ: quæ æqtibus coniun
cta erat. Prima acies argiraſpidum fuit: quorū nicanor Parmenionis dux
erat: ſecūdū hos Cini polemocrati ordinē ſtatuit: Deinde Perdicæ Orō-
tis: Adhuc accedebat ordo Meleagri Neoptholemi: edide Polyporcōtis
Simii. poſtremo Amyntæ Philippi: hunc regebat Simmias ex eo: quod
amyntas in macedoniam ad delectus habendos miſſus fuerat. Siniſtrā
phalangis partem macedonum crateri alex. ordo tuebatur: q leuo pedi-
tum cornu ꝑerat. his adiuncti erāt fœderatoꝝ equites: quis Erigius lari-
chi ꝑerat. hos proxime ſequebant̄ uerſus leuum cornu Theſſali equites
quos Philiphus Menelli ducedat. Vniuerſo aūt ſiniſtto cornu Parmæ-
nio Philotæ prepoſitus erat circa quod Phaſeliorū equites locati: multi
illi quidem numero: ac fortiſſimi ex Ehcſſalico equitatu: p hunc maxi-
mæ modū alex. a fronte inſtruxit acies: his aūt & alterā ſuperadierit /atq;
ita inſtituit. ut Phalāx anceps eſſet: traditis mandatis eius ducibus. ut ſi
uiderent exercitū a perſis circumiri ſubito conuerſi barbarorū impetū ex
ciperent. Flectentes uero ſicubi illos neceſſitas cogeret: aut longius extē
derēt/aut coarctarent aciē. Q uo ad dextrū cornu conſequenter locati
erāt: iuxta Alam regiā pars agrianorū: quos attalus ducebat: & cum his
macedones ſagictarii: quis præerat Briſſo. Sagictariis adiūcti erāt ii: quos
ueteranos exteros nuncupabāt: Q uoꝝ dux Cleander erat. ſupradictis
ſūt agrianis/ac ſagictariis antecurſores equites/ac peões: quos aretes atq;
Ariſto ducebāt. añ oēs adſtabant Mercennarii eqtes Mēida Duce. Sed &
añ alā regiā. ac cœteros amicos cōſtiterāt pars agrianoꝝ & ſagictariorū/
ac Balacri iaculatores. hiq; aduerſus falcatos Darii currus diſpoſiti erant
Menidæ/& his: quos circa ſe habebat: mandatum eſt: ſi forte ſuū cornu
circnmeqtarent hoſtes: illos a latere aggrediant̄: qñ in eos uerti contin-
gat. Et hæc quidem in dextro cornu ita ſūt ab alexan. conſtituta. Q uod

Alexan. ordo in arce inſtruēda. Clyt⁹ dropidi

Vide nōia ducū & ordinē in acie alexādri

uero ad leuum attinet: Thraces locati: qs Sitalces præerat: & cū eis ſocio
rū eqtatus: Q uorū dux Cyranus: ꝑter hos Odriſæ eqtes/Agatone Tyri
mmæ duce. Oīum aūt primi ex hac parte collocati erant externi milites
mercenarii: Q uis Andromachus Hieronis/ꝓpoſitus ſarcinis: & īpedi-
mantis peditatus thracum præſidio deſtinatus ē. Erat aūt totus exercitus
alex. numerus: equites ad ſeptēmilia: pedites circiter. XL. M. poſtq̄ exerci
tus inter ſe propriores facti: uiſum ē Alex. Dariū/& q circa illū erāt: Melo
phoros perſas: indos: albanos cares hanapaſtos: ac Mardos ſagictarios cō
tra ſe atq; turmā regiā locatos eſſe. Q uapp aduerſus dextrū darii cornu
longius producit aciem. Perſæ contra adnitunt̄: quo ad leuū cornu ma
cedonū phalangē in longū excedentes. Itaq; Scytharū eqtes primas fere
alexand. acies contigerāt: & Nihilominus Alex. adhuc dextrorſum extē-
debat aciē: ac iā prope erat: ut locū excederet: quē Perſæ æquauerāt: cum
metuens Darius: næ procedentibus in loca iniqua macedonibus currus
ſui: in quis plurimū ſpei poſuerat: inutiles fierent: confeſſim eos: q ante
ſiniſtrū cornu erant circūuenire ꝑcipit: næ producendi lūgius cornu ale
xandro facultas eſſet. Q uo uiſo alexan. illico mercenarios eqtes: Q uo
rum Menides dux erat: inuadere eos iubet. Cœterū Scythis/ac Bactriāis
eqtibus: q Scythis iuncti erant. in ſe ex aduerſo acriter inuectis impetū
non tulerunt. aduerſus quos aretis militibus/ac Peonibus/& externis ſu
bito immiſſis: & ipi Barbari pedem retulerūt. Q uos Bactriani/& alii his
proximi adortati ex fuga in pugnā retraxerunt: cōmiſſoq; equeſtri ꝑlio:
plures quidem de alex. exercitu cadebant: tū quod barbari multitudine
uincebant: tum quod Scythæ/& eorū eq armis inſtructiores erāt. Q uo
rum impetu excœpto/macedones aliis regiis adiunctis acriter iuuecti: cū
illoꝝ ordines turbaſſent: cōtinuo barbari currus falcatos aduerſus alex.
quo phalangē diſturbarent: immittūt: in quo maxime decœpti ſūt. Nā
alii qdem e curribus ſtatim ut appropinquarūt: ab agrianis/ac iaculatori
bus: quorū dux erat Balacrus: ante amicorū eqtatū confoſſi ſunt: Alii cū
p lora comprehenſi equis detracti eſſent: eq undiq; circumuenti feriebā
tur: Nonnulli p medias hoſtium acies intacti euaſerunt. Pandebatur nā
q; iis ad fugā uia: ita. n. quo minus lederēt. alex. mādauerat. Atq; his ma
xime contigit/ſine ſuo & eorū: in quos ferebant̄: ꝑiculo: p hoſtes inuehi
Verū & horū pleriq; a miniſtris eqtatus Alex. atq; argiraſpidis cōprehēſi
ſūt. Cūq; Darius peditatū admoueret: quo dextrū alex. Cornu circūueni
ret. alex. in eos aretem repēte īmittit. Ipſe interea nihilominus ſuos ī cor

Cyrannus

O qualis pugna futura eſt.

Menides dux.

Balacrus.

Darius & alex. parāt cōcurrere.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nu agebat.Cœternm ut uidit barbarorũ equites:qui ſuis iam in fugã in
clinatis auxilio ierãt priores peditatus ordines aliq̃tũ diſcidiſſe:eo repen
te conuerſus:qua abruptio patebat:quaſi cuneo facto ex amicorũ eqta-
tu cum ingenti clamore celeriter aduolat:ueluti Dariũ ip̃m peteret. Et
paruo qdẽ ſpacio hoſtes ſubſtiterũt.Nã poſtq̃ alex.cũ eqtatu: quẽ circa
ſe habebat ualidius hoſtes urgere cœpit: impulſis ac præacutis haſtis p
ſarũ ora feriẽdo :phalanxq; macedonica denſa atq; haſtis horrida in eos
impetum fecit.Oiaq; dario iã dudũ exterrito deſperationẽ afferrent:Ab
ip̃o primũ Dario fugæ initiũ factum.Nec minor illos terror inuaſerat:
Q ui Alex.cornu circũuecti.ab Aretis equitaru fortiter repræſſi fuerãt.
itaq; effuſa fuga fugientes perſas macedones inſecuti:multos eorũ ceci
derunt.Simmias ſuos adhuc cõtinebat:Nec fugientes hoſtes a tergo in
ſequi patiebaẽ.Sed ibidem pugnans conſiſtebat:Q m̃ ſiniſtrum mace
donũ cornu laborare nunciabaẽ.Tum quod qua alex.in hoſtes iuectus
ordines laxauerat:ac rarefacta acies erat.Indi/ac pars equitatus ad Sarci-
nas/& impedimenta penetrauerant: ibiq; acerrimine pugnabaẽ Perſæ
nãq; pleriq; inermes phalange duplicata freti/temere in hoſtes irruebãt
Barbari quoq; captiui:ut uiderent Perſas impetu facto macedonas inua
dere in medio pugnæ ardore:& ip̃i macedones conuerſi ſũt. Duces aũt
macedonũ.q ad primã phalangẽ acceſſerant:cũ celeriter cognouiſſent/
quid ageretur conuerſa acie uti moniti fuerãt:ab tergo Perſas adorti ple
roſq; eorũ ſarcinis implicitos interficiũt:cœteros in fugã uertunt.At q i
dextro perſarũ cornu rem gerebant:nõ dum cognita Darii ſuga Alex.ſi-
niſtro cornu circũfuſi eos potiſſimũ:qui circa Parmenionẽ erãt:inuadũt
ac tum ptimñ cum in ancipiti eſſent macedonũ res:confeſtim Parmẽio
mittit:qui nuntiet leuũ cornu indiſcrimen uerſari.Q uæ ubi alexan.nũ
tiata ſunt:protinus a pſequendis hoſtibus conuerſus/& cũ amicorũ æq-
tatu:eo celeriter aduolans:cum in parthos eqtes/& indorũ pleroſq; atq;
in fortiſſimos pſarum incidiſſet:acrius multo p̃liũ:q̃ uſq; antea alibi cõ-
mitti cœptum.Tum barbari cateruatim terga dare cœperũt.iis: qui circa
alex.erant obuiã facti:nõ iam eminus iaculis:aut equorũ concurſu cer-
tabant:quẽadmodũ in equeſtri prælio fieri ſolet:ſed cominus conſerta
manu rem gerebant.Alius alium equo detrahere conãtes:uelutſ in hac
una re/eorum ſalus uerteretur.Itaq; feriebant ſimul/& feriebanẽ quaſi
non iam pro aliena uictoria:ſed pro ſua ſalute dimicarent.Dum ſic pu-
gnatur ex amicis alexan.circiter.lx.cæſi ſunt.Epheſtione & coeno ac Me

Alexã. hoſtes urget

Perſe & Macedones conſerta mãu rẽ gerunt:

Macedões feriunt & feriuntur

nida uulneratis.Sed cum Alex.impetum diutius ferre nõ poſſent:in fu
gam uerſi effuſo curſu ſaluti conſuluerunt.iamq; prope eo uẽtum erat:
ut alexand. cum dextro hoſtiũ cornu congredereẽ.Q uod Theſſali eq
tes ſtrenue adorti/nullam ei negocii partem illis iam in fugam cõiectis
relinquere.Q uod cum alex.animaduerteret:ad inſequendũ Darium
denuo conuerſus non prius inſequi deſtitit:q̃ eum nox oppreſſit.alexã.
Lyco amne ptrãſito:uti feſſos prælio milites equoſq; recrearet:& aliquã
tiſper ſubſtitit.Interim Parmenio caſtris hoſtiũ potitus/ſarcinas:elephã-
tos/& camelos cœpit.alexan.ad mediã noctem exercitui quiete data:po
ſtea inde mouens ad arbellas contendit.Tanq̃ ibidem dariũ.& pecuniã
regiamq; ſupellectilem cõprehenſurus.eoq; poſtero die puenit/itegra
ſexcenta ſtadia emenſus:& darium quidem ibidem non eſt nactus.Is.n.
nullo loco fidens/nuſq̃ quieſcere audebat:Cœterum/&pœcunia eius ar
repta:& ſcutum/atq; arcus iterum in uictoris poteſtatem deuenerũt.De
alexan.equitatu n on plus centum ea pugna ceciderũt.equi ſupra mille
partim ex uulneribus partim ex labore immodico:ex qbus pœne dimi
dia pars ex equitatu amicorũ fuit.Ex barbaris prope trecenta milia cœſa
ferebantur:multo plures capti.Ad hæc currus qcunq; prælio affuerunt
omnes confracti.Is fuit pugnæ exitus.ariſtophane Athenis ſummũ ma
giſtratum gerẽte.Hanc pugnã eo tpe futuram ariſtander prædixerat ſo
req; uti Darius ab Alexandro uincereẽ.Dariũ non procul ab Armeniæ
montibus in Mediã fugientẽ ſequebantur ex Perſis regis conſanguinei:
ex Melophoris non multi mercẽarii quoq; peregrini ad duo milia.quo-
rum Paron phocæus/& Glaocus Etholus duces erãt.Recipiebat aũt ſeſe
in ea loca propterea quod Alexandum ex prælio Suſas/ac Babylonẽ pe
titurũ exiſtimaba:Cum oïs ea regio cultoribus frequens eẽt:& iter haud
difficile.ip̃aq; Babylon/& Suſæ belli præmia uiderẽtur fore. iter enim i
mediam exercitui perincomodum uidebatur.Nec in eo decœptus eſt.
Namq; ex arbellis Alexand.mouens recta Babylonem profectus ẽ. Cũ-
q; non procul a Babylone abeſſet:inſtructo agmine:ueluti pugnaturus
proficiſci cœpit.At Babylonii cognito eius aduentu:non expectanti ob
uiam progreſſi/cum ſacerdotibus/&urbãis magiſtraribus munera feren
tes:urbem cũ arce/& pœcunia regia ei confeſtim tradidere.Q uibus ac
cœptis urbem ingreſſus:templa:quæ Xerſes ibidem euerterat: inſtaura-
ri iuſſit:& in his templum Beli:quem ſingulari religione Babylonii co
lunt.Ciuitati p̃fecir Mazæum.& Apollodorum Amphipolidem ducẽ

Lycus flu. de quo curtius in .3. & 4.

Arbellas

Clades q̃ Alex. tulit in opprimendo exercitu pſarum.

Perſarum ccc.milia cœſa ſunt

Darius fugit Alex.

Suſæ urbs nunc Tauris dicitur

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ex hoc apparet questoré apud externos ét fuiſſe.

militum: quos cũ Mazeo præſidio reliquit. Q uæſtoré aſcele piodorum
Philonis. In armeniã Mithrenem miſit: q ei ꝓuinciæ præeſſet: a quo ſar
dorum Arcem accœperat. Chaldæos ut conuenit: egitq́ omnia: quæ reli
gioné citca agendã monuerũt. & Bel ſacrificauit. Procedenti deinde Su
ſas. occurrunt ei in itinere Suſiorum Satrapæ ſilius/ac Tabellarius cum
l̃ris a Philoxeno: quem ſuſas præmiſerat. Epiſtola Philoxeni in hanc ſen
tentiarum conſcripta erat. Suſios deditionem feciſſe: omnemq́ regiam
pecuniam alexan. traditam e Babylone ſuſas uigeſimo die peruenit. Vr
bemq́ ingreſſus pœcuniam omnem argenti talenta ad. L. milia: cœterã
q́ regiam ſupellectilem accœpit. Multa præterea ornamenta ibi reperta
ſnnt. quæ Xerſes ex græcia direpta deportauerat: iter quæ Harmodii. &
Ariſtogitonis athenienſium æneæ ſtatuæ quas athenienſibus remiſſit.

Harmodi⁹ & Ariſtogiton tyráni de quibus pli. l. 7. ca. 23.

Heæ etiam tempeſtate noſtra Athenis in ceramico conſpiciunť. Haud
procul ab Ara Eudanemi: quam quiſquis apud Eleuſim initiatus eſt: in
Dapedo ſitam non ignorat. Hic alexander patrio ritu ſacrificio facto/
Ludiſq́ æditis. Abulicem perſam Suſianæ regioni ꝓpoſuit: Mazaro uni
ex amicis/arcis cuſtodia mandata: copiarum: quas ibidem relinquebat.
Archelaum Theodori ducem conſtituit. Deinde in Perſas mouit. Miſit
& in maritimas regiones Menetem/eumq́ Syriæ phœniciæ/ ac Cyliciæ
præfecit: traditis ei argenti talentorum tribus millibus: quæ antipatro
mari mitteret in bellum aduerſus Lacedemonios gerendum. In hoc re
rum ſtatu Amyntas andromeni cum magnis copiis: quas in Macedonia
contraxerat: ad alexan. uenit: & equites quidem alexander in amicorum
equitatum tranſtulit. Pedites uero diſtribuit ſingulos quoſq́ in gentis
ſuæ ordines: præterea ſingulis turmis duos decuriones adhibet: cum pri
us decuriones in equiratu nulli eſſent: quarum ductores delegit ex ami
corum numero lectis: qui maxime uirtute præſtarent. Diſcedens e Suſis
Paſitygri amne tranſmiſſo. Vxiorum regionem inuadit. Et Vxii quidé

Paſitygris flu.

plana incolentes cum Perſarum Satrapæ parerent: alexandro deditioné
fecerant. Montani ueto liberi erant. Iamq́ ad alexan. miſerant: qui denũ
ciarent ſe non paſſuros/eum cum exercitu in perſas tranſire: niſi tantun
dem daret: quantum a perſarum regibus pro trãſitu accipere ſoliti eént
Q uos alexander remiſſos renunciare ſuis iuſſit uti anguſtias inſeſſum
irent: quibus impedire ſe tranſitum poſſe exiſtimarent: uti a ſe quoq́ ta
xatam pecuniam acciperent. Deinde aſſumptis domeſticis/ atq́ Argi

raſpidis/& ex reliquis ad octo milia noctu obliquo itinere. occultiore q
dem: cœterum difficiliore: ducibus ſuſiis uno die in pagos Vxiorum per
uenit: magnaq́ præda facta: pleroſq́ eorum intra tecta ſomno oppreſ
ſos interemit: cœtæris in proximos colles paſſim dilapſis. Ipſe celeriter ad
eas fauces contendit: uti pactam mercedem. Vxiis penderet: Crateroq́
ad eos colles occupandos præmiſſo: in quos putabat Vxios ex fuga ſe re
cœpturos. ipſe feſtinantius contendens Vxios præuenit: inſtructoq́ ag
mine procedens per æditiora loca properabat: cuius celeritate conſterna
ti barbari: cum ſibi eos locos arreptos cernerent: quibus maximæ confi
debant: antequam manus conſererent: ſeſe in fugam protinus uerterũt
nonnullis in ipſa fuga interfectis. multis per abrupta montium præ
cipitatis: compluribus etiam a Crateri militibus: cũ montes trepidi pete
rent: cœſis. His premiis ab alexandro pro tranſitu accœptis. Vix oran
tes impetrauerunt: uti agros ſuos poſſiderent: Alexandro annua tributa
penderent. Idq́ Ptholæmeus tradit Alexand. Darii matris rogatu con
ceſſiſſe. Tributum iis impoſitũ annis ſingulis equi centũ/Iumenta quin
genta pecudum triginta milia. Nã pœcunias Vxii non habebant/nec a
gros: propterea culturæ inhabiles: Sed ipſi (ut plurimum) paſtores erãt
Poſt hæc Alexander ſarcinas/& impedimenta. Theſſaloſq́ equites/ac ſo
cios/exteroſq́ mercenarios/& alios: quicunq́ grauioris armaturæ erant
cum Parmenione mittit. Iubetq́ uti per iter curribus habile in perſas ꝓ
fiſciſcãtur. Ipſe cũ macedonũ peditibus: amicorũ equitatu/& antecurſo
ribus/agrianiſq́/& ſagictariis per montana citatim iter facit. Vbi ad Per
ſidis pilas peruentum: Ariobarzané ibidem reperit perſarũ Satrapã cum
peditibns prope. XL. milibus: equitibus uero circiter ſeptingentis ipſas
fauces muro clauſiſſe circaq́ murũ caſtris poſitis tranſitu prohibere in
ſtituiſſe. Itaq́ poſtero die inſtructo exercitu murũ oppugnare aggredi
tur. Cœterũ poſtq̃ irrito incœpto apparuit non poſſe capi propter iniqui
taté loci: quod ſui multa uulnera ſubeuntes accipiebant: & ex locis ſupe
rioribus feriebantur. recœptui cani iuſſit. Pollicentibus auté captiuorũ
quibuſdã ſeſe alia uia trans anguſtias ducturos: ut audiuit tramites illos
difficiles/atq́ ãguſtos eé Cratero uti ordie ſibi deſignato/ac Meleagri co
piis/ſagictarioꝝ pte &eqtibus circiter qngétis ibi relicto cũ mandatis: ut
primũ ſenſiſſetſe perſaꝝ caſtris appropinq̃re: qđ ſibi haud difficile cogni
tu ex tubaꝝ ſono futuꝝ eét murũ aggrediatᷣ. ipe p nocté ad cétũ ſtadia

Vxii ab alexan. ꝑueniuntur.

Tribut im quod uxii pendebát alex.

Vxiorum uita

Pilę perſidis

Macedões a pilis perſidis expeluntur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

progreſſus:aſſumptis argiraſpidis/ac perdicæ copiis:item leuioris arma
turæ ſagictariis/atqꝫ agrianis.& ex amicis turma regia/ac centura una eq
tum flexo itinere:iiſdē captiuis ducibus ad eadem portas cūtēdit.Amyn
Alexā. mita celeritaſ — ta philota/ac Cino reliquas copias p plana agere iuſſis/flumie qd eundo
in pſas:pertranſiri neceſſe erat:ponte iuncto.Emenſus incredibili celeri
tate iter illud aſperū/atqꝫ difficile:cū ad primā barbarorū ſtationē añ lu-
cē iprouiſo pueniſſet:quoſqꝫ ibi nactus ē cuſtodes obtruncauit.Ad aliā
deinde ſtationē profectus plurimis quoqꝫ eorum occiſis:cum ad tertiā
pueniſſet:cuſtodū maxima pars territi diffugere cœperūt.Nec hi tñ i cā
ſtra ariobarzanis:ſed in proximos montes:ut quiſqꝫ potuit trepidi ſe re-
cœperūt.Q uapp hoſtibus ignotus fuit Alex.aduentus:donec ſub lucē
caſtra eoꝝ aggreſſus eſt.Vbi ad foſſas caſtrorū puentū ſigna canere iubet
uti craterus quēadmodū imperauerat cū reliqua copiaꝝ manu e cōtra-
ria pte murū oppugnet.Craterus audito ſigno continuo muꝝ ſubit. ho
ſtes ancipiti malo circūuenti anteq̄ manus confererent . fugere cœperūt
Sed cū fugæ locus nō pateret:pleriqꝫ eoꝝ muros repetere coacti ſūt.& iā
macedones murū inſcenderāt:Cū Alex.ſuſpicatus id qd euenit:næ ho-
Alex. hoſtes adoritur. — ſtes deſertis caſtris aufugerent:relicto ad muri oppugnationē ptholæ-
meo cū tribus milibus peditūr ipſe caſtra hoſtiū adortus:hoſtibus in fu-
gā uerſis:multi eorū,cecidere.Pars effuſa fuga in precipiticia loca delati
perierūt.ariobarzanes cū paucis eqtibus in mōtes refugit.Poſt hæc alex.
rurſus ad flumē cū exercitu ire cœpit.iāqꝫ ponte pfecto haud mora cū co
piis traiecit.Atqꝫ inde i pſas magnis itineribus cōtēdit:ut pueniret de ſe
nuntios priuſq̄ regiæ pœcuniæ a cuſtodibus diriperent'.Cœpit.& apud
Paſargades — paſargades pœcūias:quæ in theſauris Cyri prioris fuiſſe ferebant'. Perſi-
di p̄poſuit Phraſaortē Reomithri.Cyri regiā uetuſtiſſimā/illā & celebra
Cyri regiā combuſſit Alex. — tiſſimā cōbuſſit.q̄uis Parmenio diſſuaderet:cū pp alia:tū qa turpe eſſet/
ea corrumpere.quæ adeptus foret.tū quod aſiaticæ gentes minus amico
in ſe aio ob eā rem futuræ eſſent.Tanquā deliberaſſet deuicta aſia/ & ua
ſtata in græciam reuerti.Id autem ab alex.perpetratum ut aiebat ob iniu
In'gratiā thaidis meretricis Alexā. apud plu.cōbuſſit Xerxis regiam. — tiam:quam perſæ græcis intuliſſent:ulciſcendam : Q ui olim græciam
cum ingenti exercitu ingreſſi.athenas/ græciæ lumen crematis templis
euertiſſent.Q uod quidem Alexandri commiſſum/neqꝫ probari auſim
neqꝫ ab eo commiſſum in ultionem uerterum perſarum:ſed alia cauſa
adductum magis crediderim.Deinde alexander in mediā procedit: ubi
darium eſſe accœperat. Darii namqꝫ conſilium fuerat.Si Babylonem/

ac Suſas alex.ex prelio peteret.Ipe in Media morā faceret. expectās ſiqd
Siniſtri illi contingeret.Sin uero alex.in ſe conuerteretur.ipſe in Parthiā
& hircaniā uſqꝫ ad bactra ſe reciperet.Omniqꝫ cura regione uaſtata Ale- — Bactra textus eſt ābiguus hæc dictio i exemplari labe plena erat
xandro ad ulteriora penetrādi ptātem eriperet.Itaqꝫ fœminis/& oi ſup-
ellectrile:quā ſibi reliquā belli fortuna fecerat:carriſqꝫ ad portas caſpias
præmiſſis:ipſe cū his copiis:quas ex pn̄ti rerum ſtatu collegerat.ipe in ec
batanis expectabat.Q uibus cognitis alex.in mediā progredi cœpit. pri
moſqꝫ oium Paritachas ſubegit.Oxoathre Abuleti Suſarū olim Satra-
pe filio:iis præpoſito.Cumqꝫ digreſſo i itinere nūtiatum eſſet:Decreuiſ-
ſe Darium iterum prelii fortunā experiri:Caduſioſqꝫ & Scythas ei auxi
lio aduentare. Sarcinis atqꝫ impedimētis ſequi iuſſis.ipe cū oibus copiis
inſtructa acie:tanq̄ ſtatim pugnaturus proceſſit ac duodecimis 'caſtris in
Mediam peruenit:ubi nec dario copias eſſe ad dimicandū idoneas:neqꝫ
caduſios:aut Scythas auxilio ueniſſe:eiqꝫ potius omnē ſalutis ſpem in
fuga ſupereſſe cognouit.Q uapp aduerſus eum maiori celeritate contē
debat.Cumqꝫ ab ecbatanis tridui modo ſpatio abeſſet:Occurrit ei Biſ- — Darius parat pedem ſtruere.
thanes Ochi filius:qui ante Darium in perſide regnauerat:iſqꝫ alexādro
nunciauit Dariū iam quinto ab inde die ex Ecbatanis profugiſſet:pœ-
cunia ex media ad. VII.M. talentorum ſecum ablata.Eſſe illi equites ad
tria milia pedites circiter ſex milia:Q uibus auditis alexander in Ecba-
tana profectus Theſſalos equites ac ſociorū in maritimā orā remiſit.præ
ter ſtipendium duobus milibus talentum iis dono datis:facta poteſtate
ſiquis eorum nollet amplius ſub eo ſtipēdia facere:ex quibus pleriqꝫ no
mina dederunt Epocillo polydis:uti eos:qui domū reuerti q̄ militare — Epocillus
mallent.Cum eqtum præſidio deduceret negotiū datum.Miſit & cum
his Menetem:q ubi ad mare puentū eſſet:& eos in Euboiā nauibus trā-
ſuehendos curaret.Poſt hæc Parmenioni mandat:uti pœcuniā omnem
quam ex perſis deportauerat:aſſeruanda in Ecbatanorum arce arpalo
tradat:Cum ſex miliū macedonū/atqꝫ equitū/& amicorū nōnullorū p̄-
ſidio.ipſe cū externis.ac Thracibus/& cœtero equitatu præterq̄ amicoꝝ — Diſcāt ab alexā. nr̄i duces.
per caduſiorū fines uarſus Hyrcaniam proficiſcat'.Clyto turmæ regiæ
ductori ſcribit.Cū e ſuſis in ecbatana acceſſiſſet.ibi.n.relictus ab eo fue-
rat corpore æger.Recæptis macedonibus:qui regie pœcuniæ præſidio re
licti fuerāt in Parthiā:quo iturus eſſet:contenderet.Ipſe inde mouēs cū
amicorum equitatu/ac præcurſoribus.equitibuſqꝫ mercenariis:quos eri
gius ducebat:phalangeqꝫ macedonū iis excœptis:q pœcūiarū cuſtodiæ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

deſtinati erant: itemq; ſagitariis/ & agrianis ueluti cum dario congreſſu/
rus inſtructa acie pergebat. Cūq; ſumma celeritate contenderet: multis
militibus præ laſſitudine poſt ſe relictis equorum pleriq; extincti ſunt.
Nec tñ ob id iter cum feſtinatione pſequi deſinebat: Decimoq; die Ra/
gas peruenit. Hic locus unius diei iter a Caſpiis portis pro magnitudine
itineris alex. forte aberat. Cœterum Darius anteuerterat/ occupatis fauci
bus: multi uero ex iis: q fugientē Dariū ſecuti ſūt. ex ipa fuga i patriā re/
uertebant̄. ex quibus ēt non pauci ſeſe alexā. dediderūt. Atex. ſpe depoſi

Darius pedem ſtruit

ta/ Dariū a ſe ulla celeritate cōprehendi poſſe. Q uinq; diebus ibidē ſub/
ſtitit: recreatoq; ex itinere exercitu: Oxidatē perſam: qui a Dario Captus
apud ſuſas in cuſtodiā traditus fuerat. Mediæ præpoſuit. Ipe in Parthos
cū copiis pergebat. Ac primo qdē die iuxta Pilas Caſpias caſtrametatus
eſt. Poſtridie in loca cultoribus frequentia progreſſus eſt. Cumq; in die
cōmeatus in exeritum ferre ſtatuiſſet: quod audiebat interiorē regionē
incultam/ ac deſertam eſſe: Cinū cum equitatu/ ac paucis peditum fru/
mentatum mittit. Inter hæc ad eum mittit Bagiſtanes baby lonius: qui
Darium ſecutus fuerat. & cum eo antibelus unus ex Mazei filiis nun/
ciantes Darium Anabarzene mille equitum duce: & a Braza arachoto/
rum & Daænarum : ac Beſſo Bactrianorum ſatrape comprehenſum
eſſe. Q uo audito alex. aliquanto citatius facere iter cœpit: amicis mo/
do/ & equitibus antecurſoribus/ ac ex peditatu fortioribus: & uelociori/
bus delectis: non expectato Cino/ & iis: qui cum Cino frumentatū ierāt
Crateroq; iis: quos relinquebat prefecto: mandat ut itinera moderatius
faciant: Q ui eum ſequebantur arma tantummodo/ ac duorum dierū
cibaria ferre iuſſit. Itaq; mouens cum tota nocte/ & inſequenti die uſq; i
meridiem peragraſſet: aliquātum tpis militi ad quietem dedit. Inde rur
ſus mouens cum tota nocte citato agmine iter faceret. Diluculo in ea ca
ſtra: unde Bagiſtanes diſceſſerat: perueīt. & hoſtes quidē ibi nactus eſt.
Cœterum factus eſt certior Dariū comprehēſum in curru aduehi: Beſſū
q; ducem appellari a Bactrianis/ & a cœteris barbaris præter q̄ ab artaba/
zo. & artaba zi filiis græciſq; mercenariis. Hos in Darium fideles perpe
tuo fuiſſe. Sed quæ aduerſus Darium perpetrabātur. prohibere nequiui
ſſe. illoſq; diuerſos extra publicam uiam ſeorſum montes petere: nec cū
Beſſo conſilia communicare. Ad hæc qui Darium cœperunt: Si audiant
alexand. ſe inſequi. Darium tradere/ & rebus ſuis conſulere decreuiſ/
ſe. Sin retro conuerſum intelligant quāmaximas poſſint copias cogere.

Daænarū dictio pro adulterina habeatur quā male exaratam i exemplari uix lectitaui ſcias tamē. h. d. populos quoſdam ſignificarē quare conſule ſynceros textus

imperiū inter ſe commune/ cōmuni ope/ & cōſilio tueri. Beſſum in præ
ſentia exercitus ducem deſignatū eſſe: pp eam neceſſitudinē: quæ ſibi cū
Dario eſſet: tum ēt quod in eius prouintia Dario manus iniectæ eſſent.
Hæc audiens Alex. omni nixu ſibi properandum exiſtimauit. Et iam tā
equi: q̄ uiri continuato itinere defatigati erant. Sed nec tñ morabatur
agmen magniſq; itineribus per noctem/ & in ſequētē diē uſq; in mere/
diem exactis: in pagū quendā puenit: ubi q dariū adducebāt: pridie ca/
ſtra habuerāt. Cūq; ibi certior factus eēt: barbaros ſtatuiſſe noctu iter fa
cere: incolas pcontatus eſt: an uiā breuiorē ſcirent: qua fugientes præ/
ueniri poſſent. Cūq; illi reſpondiſſent. Scire ſe aliam/ cœterū deſertā: & a
quarum inopem: uti ſibi eius itineris duces eſſent imperauit. Cūq; intel/
ligeret non poſſe pedites ſe tanta celeritate euntē ſequi: ad quingētos eq
tes ſumpta peditū armatura deſilire equis iubet: Nicanorem argiranſpi
dū/ & atalū agrianorū duces: reliquos agere eos uidelicet: qui leuiſſimæ
armati eſſent. Q ua Beſſus cū ſuis properare dicebat̄: cœteros pedites or
dinati ſequi. Ipe prima noctis uigilia iter igreſſus: cū citatius duceret: ad
XL. ſtadia emenſus ſub lucē barbaros incompoſite abeuntes/ atq; iner/
mes aſſecutus eſt. Pauci eorū conſtiterunt. Cœteri effuſo curſu cōſpecto
Alex. diffugere. Sed q primo ipetu excepto/ reſtiterūt mox & ipi aliquot
deſyderatis: i fugā cōuerſi ſūt. At Beſſus & fugæ ſceleriſq; ſocii: Q ui da/
riū curru auehebant: poſtq̄ alex. adeſſe ſenſerunt. Dario a ſatibarzane/ &
Barzanete grauiter uulnerato/ & ibidem ſemianimi cum ſexcentis fere
eqtibus ſaluti fuga conſuluerunt. Nec multo poſt Darius prius q̄ ab ale
xandro uideri poterit ex acceptis uulneribus interiit. cuius corpus reper
tum Alex. ob priſtinæ fortunæ reuerētia in perſas deportari iuſſit: atq; re
giis ſepulchris inferri: in quibus cœteri Perſarū reges ante Darium cōdi
conſueuiſſent. Poſt hæc Amminapem parthum: q ſibi una cum Mazæo
ægyptum tradiderat. Parthorū atq; Hyrcanorū Satrapē conſtituit: & cū
illo Depolemū Pythophani unum ex amicorū numero: q parthorū: &
hyrcanoꝝ rebus intēderent. Et hic qdē exitus Darii fuit. Ariſtophōte at/
heniēſē rēp. adminiſtrante. Viri quidē ſi rē militarē ſpectes nihil minus
quā ad res bellicas nati: p cœtera uero: q nihil indecorū regiæ maieſtati
perpetrarit. Immo nec poterit qui dē. Nā ſimul ac regnare cœpit. a græ/
cis/ & a macedonibus uexatus eſt. Q uapp uolenti: nō licuiſſet popula/
res ſuos iniuria afficere. Viuēti qdē multa alia ſup alia aduerſa cōtigerūt
Nec ulla requie frui potuit. Ex quo regnare cœpit. Nā ſtati a regni ini/

Alex. celeritus.

Nicanor Atalus

Beſſus

Darii uulneratus interit.

Plu. cōuenit cū Arriano.

Amminapes.

Depolem⁹

Darius iuuens multa alia aduerſa ſup alia paſſus eſt.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tio clades illa ad Graïcum amnem ab eo accæpta eſt. Deinde Eoliã & io
niam amiſit: & utranqꝫ phrigiam. Lydos quoqꝫ / & Cares præter alicarnaſ
ſenſes. nec multo poſt & Alicarnaſſus ei erepta. Deinde oĩs maritima re-
gio / uſqꝫ ad Cilicas. Poſt hæc ingẽti pugna apud iſſon uictus: in qua ma
ter / uxor / ac Liberi eius capti ſuut / phœnicia. ac ægyptus imperio eius de

Dari⁹ ubi uictus

tractæ. arbelis ſuperatus amiſſo maximo exercitu ex omni genere barba-
rorum cõparato. ipſe imprimis turpiter fugit. ad hæc regno expulſus er-
rans: egenſqꝫ / ad poſtremum proditus a ſuis eodem tpe rex ſimul / & ca-
ptiuus in uinculis fœdiſſime habitus eorũ inſidiis periit: a quibus ſalutẽ
ſperare debuerat. Hæc tot mala / & calamitates inuenti Dario acciderunt

l. Viuenti

at mortuo contra / & funus dignũ regio faſtigio / & hõeſta filiorum edu
catio. Namqꝫ ab Alex. educati inſtitutiqꝫ ſũt. Et alexã. affinitas: qui eius

Dario quot mala & Calamitates. Hoc plu. affirmat.

filiam in uxorem cœpit. & beatior poſt mortẽ / q̃ in uita fuiſſe uidetur.
Annos fere. L. natus mortem obiit. alex. aũt una cum iis: quos Beſſũ per
ſequens in fuga poſt ſe reliquerat: in Hyrcaniam profectus eſt. Sita eſt

Dari⁹ moritur. L. anno.

ab Leua uiæ in Bactrianos ferentis. Et hac qdem montibus æditis atqꝫ
opacis diuiditur. Planicies uero eius in mare magnum porrigitur. Hac
alexan. ibat: quod acceperat externos milites: q Darii ſtipendia fecerant:

Hyrcaniæ ſitus.

ad Pagrorum montes cõfugiſſe. pagros ipſos eadem opera imperio ſuo
ſubiicere in aĩo habens. Atqꝫ ĩ tris partes diuiſo exercitu ipſe: ut plurimũ

Pagri mõtes

perbreuiſſimos. ac difficillimos tramites expeditiores e toto exercitu de-
lectos ducebat. Cratero cum ſuis & amyntæ copiis: & aliquanto ſagicta-

Tapurii

riorum numero: ac paucis equitibus contra Tapurios miſſo. Erigiũ cũ
externis. & reliquo equitatu uia recta cœterum longiore: currus ac ſarci
nas & cœteram turbam ducere præcipit. Tranſmiſſis autem primis: qui
occurrerunt montibus: ibidem caſtrametatus. argiraſpides. & ex phalan
ge Macedonica expeditiſſimos quoſqꝫ & aliquantos ex ſagictariis uiã p-
difficilem atqꝫ impeditam ingreſſus eſt. Diſpoſitis Præſidiis ubi qd diſ-
criminis eſſe uidebatur. Neu barbari montani in eos: qui ſequebantur
impetum facerent. Tranſgreſſuſqꝫ anguſtias iuxta exiguum quendã am
nem nomen obſcurũ eſt: caſtra in plano poſuit. Huc loci anabarzanes
unus ẽ darii ducibus & phrataphernes Hyrcanorum. ac parthorũ Satra

Duces darii ad alex.

pes: & alii quidam perſarum: qui apud Dariũ in honore fuerãt ad eũ p
fecti ſeſe in eius fidem dedere. In his caſtris quatriduũ moratus: quos p̃
fẽſtinatione in itinere reliquerat ad ſe recœpit: & alii quidem tuto tran-
ſierũt. Sed cũ Montani agrianos p̃ſidio relictos ĩuaſiſſent iaculis repulſi

Zadracata urbs

protinus diſceſſerunt. Mouens inde Alexan. Hyrcaniã uerſus Zadraca-
ta urbem Hyrcanorũ petit. Quo ad eum uenere Craterus: & qui cum
eo erãt: non inuentis mercenariis Darium ſecutis: uniuerſa regi õe: quã
inquirentes peragrauerũt / partim ui: partim uolũtate in deditionẽ recœ
pta. Erigius quoqꝫ cũ curribus: & ſarcinis eodem pueĩt. Nec multo poſt
artabazus cum cophene ariobarzene / ac arſaniæ filiis: & cũ his legati ab
exteris mercenariis: qui Dario militauerãt: & item Autophradates Tapu
riorum Satrapes. Autophradatẽ in Satrapã ſuam reſtituit. artabazũ / ac li
beros ſecũ ĩ honorẽ habuit: tũ qd exprimoribus perſarũ eẽnt: tũ pp eoꝵ
erga Darium Regem ſuũ / conſtantiã / & fidẽ. Græcorũ mercenariorũ le-
gatis ab eo fidem / ac pacẽ petentibus nullã ſe cõditionẽ admiſſurũ reſpõ
dit: Ni ſe eius arbitrio poteſtatiqꝫ permitterent: Grauiſſime eos increpãs
qui pro barbaris aduerſus græciã / contra græcorũ decreta militaſſent: q
cũ nullã reliquã ſalutis uiam cernerent. cum ſe eius poteſtati pmiſiſſent:
petiere: uti quenq̃ e ſuis una mitteret: cuius auctoritate tuto ad eum pro
ficiſci poſſent. Ii circiter mille quingenti eſſe ferebant̃. itaqꝫ andrõico ag
gerri / & artabazo cũ iiſdẽ legatis ad eos miſſis. Ipe in Mardos ire perrexit

Mardos petiit alex. de quibus Curti⁹ i. 5.

aſſumpta argiraſpidũ manu / & præter hos ſagictariis / & agrianis Cini / &
Amyntæ copiis: ac dimidia amicorũ parte eqtũ: eqtibuſqꝫ iaculatoribus
Iam. n. erant ab eo conſtituti / & ordines haſtatorũ eqtũ. Magnaqꝫ ex par
te Mardorũ prouincia peragrata: pleroſqꝫ illorũ fugiẽtes. Quoſdã etiã
reſiſtentes interfecit: multis uiuis in ptãtẽ redactis. Ante ipm eam regio-
nem nemo hoſtiliter inuaſerat. Propterea quod loca illa aditu difficilli-
ma / & ipi inopes rerũ / ac ob eã cauſam ſibi tuti uidebant̃. igit̃ nec alexã.
q eos inuaſurus ferebatur metuebãt potiſſimũ: Quod eum iã ulterius
profectum audierant / atqꝫ ideo incautiores facilius oppreſſi ſũt. Multi &
eorũ in finitimos montes cõfugerũt: q & præalti / & imperuii ſũt: ueluti
Alexan. ad eos penetrare non poſſet: poſtq̃ uero. & ea loca adiri ab alex.
conſpicati ſunt: miſſa ad eũ legatione. & ſe. & ſua in eius fidem dederũt.
Quibus recœptis / ac dimiſſis autophrodate ſatrape gentis eius: ac Ta-
puriorum deſignato. Ipa in caſtra: unde mouerat / reuerſus. Græcos mer

Lacedemoniorũ legati ĩ cuſtodia traditi ab ale.

cenarios: qui ad ſe uenerant / repperit: itẽ Lacedemoniorũ legatos: q ad
Dariũ profecti fuerant. Hi erãt Calliſtratides pauſippus / Monymus ano
manthus / ac Dropides Athenienſis: quos comprehenſos in cuſtodiã tra
dit. Sinopeorũ legatis abeundi ptãtem fecit. Quod Sinopei cũ ſub græ
cis non eſſent: ſed ſub darii imperio / nõ iniuſte facere uiderentur. Si ad

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Regem ſuū legationē miſiſſent. Græcos q̄cunq; ante pacē: & ſocietatem
cum Macedonibus iunctam apud Perſas mercede militauerāt. & itē He
raclidē Carthaginienſium legatum dimiſit. Cœteros ſecū eadē mercede
qua ſub dario meruerāt: militare iuſſit: iiſq; andronicum præfecit. Q ui
bus peractis: inde mouens ad Zadracata opulentiſſimū Hyrcanorū opi

Zadracata opp. hyrcanorum

dū: in quo regia erat: profectus eſt. Ibiq; ad. xv. dies commoratus eſt: ſa
crificio diis rite facto: Ludiſq; gymnicis perpetratis: in parthos conten
dit. Inde uerſus Aris montes ac Suſiam Areorum urbem: quo Satibar
zanes Areorum Satrapes ad eum ueniēs ſeſe in eius fidem dedit. Q uo

Aris montes Suſia urbs

recœpto / & popularium ſuorū præſide relicto una cū eo Anaxippū unū
ex amicis miſit / iaculatoribus ei ad. xl. traditis: quos cuſtodes diſponeret
nequa iniuria ab exercitu p eorum agros tranſeunte fieret. inter hæc ad
cum aduenerunt: quidam Perſarū nunciantes Beſſum perſicam ueſtem

Beſſus ſe regē appellari patit.

ac Tyaram rectam regiū capitis inſigne propalam ferre: ac pro Beſſo Ar
taxerſem ſe aſiæq; regem appellari. habere illum ex Perſis: q in Bactra ef
fugerant / & ex Bactrianis complures: præterea Scytharum fœderatorū
ad ſe aduentum expectare. Q uibus cognitis Alexander coactu iā omni
exercitu in bactra iter arripit: quo philippus Menelai ex media ad eū pro
fectus eſt cum equitibus mercenariis quis præerat: & Theſſalis: q ſua uo
luntate incaſtris remanſerant. ac peregrinis p̄terea: quorū andromachus

Nicanor morbo periit.

Dux erat. Namq; nicanor Parmenionis argiraſpidū præfectus iā morbo
corruptus deceſſerat. Eunti in Bactra Alex. nunciatur: Satibarzanē areo
rum Satrapē: de quo ante diximus. Occiſo anaxippo / & equitibus iacu
latoribus: quos ſecū duxerat. armatis areis / & apud artacaona urbem: in

Artacaōis urbs

qua regia areorū erat congregatis decreuiſſe: poſtq̄ ulterius progreſſum
audiſſet: ad Beſſum ire / & cum illius copiis ſe coniungere: quæ ubi acce
pit intermiſſo in Bactra itinere: conuerſus aſſumptis equitibus ex amico
rum ordine iaculatorū equitatu ſagictariis atq; agrianis / & amyntæ Cini
q; cohortibus exteris ibidem relictis & cū his Cratero: q eorū ductor eēt.
ipſe celeriter aduerſus ſatibarzanē: & areos ducit: ſtadiiſq; prope ſexcētis

Satibarzenes Alex. profugit.

biduo emenſis ad artacoana puenit. Cœterū ſatibarzanes ut agnouit ale
xan. appropinquare eius uelocitate conſternatus. cum opibus ſuis diffi
deret. cū paucis admodū eqtibus ꝓfugit. Multi nāq; ſuoꝝ alex. haud ꝓ
cul inde abeſſe certiores facti ipm in fuga deſtituerāt. alex. iter pſecutus
quotquot defectionis participes nactus ē & q deſertis pagis domo abiiſ
ſent alios interfecit: alios in ſeruitutē redegit. arſaceq; Perſa ipſius gentis

Zarangei. Barzāetes Indus flu. Alex. pūit eos qui oppreſſerant Dariu; O uirū oi laude dignu; faceſſant hic noſtri pricipes q alexā. non imitantur.

præſide facto: Ipe recœptis ad ſe: quos cum cratero reliquerat. zarangeos
adiens eo puenit: ubi illius gētis regia erat. Barzanetes: q tunc zarengeo
rū prouinciā obtinebat. Vnus ex iis erat: q Darium fugientē oppreſſerāt
Q ui continuo cognito alexan. aduentu / ad indos: q cis flumen indum
incolūt / profugit. Q uem comprehēſum ab indis: & ad ſe retractū alex.
ob pfidiā eius in Darium interfici iuſſit. In his locis caſtramentatus. Phi
lotā Parmenionis uitæ ſue inſidiari didicit: Ptholemeus / & ariſtobolus
auctores ſūt. Cū hoc ante illi in ægypto indicatū eēt. Veteris amicitiæ / &
cōſuetudinis ſimul / & honoris cā: quēParmenioni patri habebat / id pro
cōperto hr̄e noluiſſe. Ptholemus adducit i macedonū cōtionem itrodu
ctū / philotam grauiter ab alexā. accuſatū: cū ſe excuſare conaret̃ / ab indi
cibus cōuictum: uel ex eo potiſſimū: qđ is confeſſus eſt / de ſe quibuſdā i
ſidiis in alex. paratis audiſſe: quas obticuiſſet: q bis per ſingulos dies ale
xandri tabernaculū adire ſolitus eſſet / ac tū Philotā cū refellere obiectū

Philotas iaculis cōfoſſus. at curtius in. 5. ſaxis dicit.

crimen non poſſet una cū cœteris inſidiarū conſciis a macedonibus cir
cūſtātibus: iaculis confoſſū. Ad Parmeniona: qui inde aderat miſſū Poly
damāta unū ex amicorū numero: q ab alexā. litteras ad duces excercitus
q tū erat in media detulit. Hi erant Cleander: Sitalces: ac Menides: qs oi
bus parmenio p̄erat: ab his parmenionē interfectū: ſiue qđ haud ueriſi
mile uideret̃. philota Alexā. inſidas parante. parmenionē patrē eius cō

Curti⁹ i. 5.

ſilii ignarū fuiſſe: ſiue quodā & ſi tanti ſceleris particeps nō eſſet: timen
dus tñ uideretur / filio interfecto: preſentim cū in magnā exiſtimatione
tū apud Alexādrū: cū apud exercitū eſſet. nec tñ apud macedonas / uerū
& apud extenos milites: quos ſæpeius / & ſimul / & ſeperatim rexerat / fe
rūt quoq; eodē tpe / & Amyntā andromēi in iudiciū uocatū / & cū eo po
lemonē. Attalum / Simmiāq; amyntæ fr̄es: tanq̄: & ipi iſidiarū aduerſus
alex. conſocii fuiſſent pp amicitiā: q̄ philotæ iuncti erāt. idq; magis mul
titudini perſuaſum. qđ Polemon unus ex fratribus philota comprehen
ſo ad hoſtes tranſfugerat. at cū amyntas cū cœteris fratribus pmanſiſſet:
cauſamq; intrepidus inter macedonas dixiſſet: iudicū ſnia abſolutum: ac
dum dimiſſo concilio: uti ſibi ad fr̄em reducendū liceret ire poſtulaſſe:

Amyntas ictu ſagitte ocubuit uir probus & fidelis

quod cū p macedonas impetraſſet: eodē die polemonē reduxiſſe: ex eo
manifeſtius Amyntæ innocentiā apparuiſſe. Eundē paulopoſt pagum
quendā hoſtiū oppugnantē / ſagicta ictū occubuiſſe. Iudicū demū ſentē
tiis abſoluto id tantū ꝓfuiſſe: quod uir probus & fidelis ē habitus. poſt
hæc alex. eqtatu amicorū Efeſtionē amyntoris / & Clytum Dropidis præ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

fecit. Diuiſiſq; in duas partes Sodalium copiis. Nam neq; unū ipm̄ phi-
lotam pmiſſurus erat: tanti equitatus ducem eſſe ad eos pernēit: qui pri
mum agriaſpæ poſtea Euergete: quaſi benefici appellati ſunt: Quia Cy
rum Cambyſæ in expeditionē Scythicā adiuuiſſent. Hos in honore ha
buit. & quoniā iuſtitiæ ſtudioſi eſſent. & tanq̄ qui græcorū optime inſti
tuti ſunt/ſe ſuamq; remp. rectiſſime gubernarent: liberos eſſe iuſſit. Ad
hæc ex finitimorū agris q̄tum petiere: paruo aūt contenti fuere: iis cōceſ
ſit. Poſt hæc facto apollini ſacrificio/Demetro uno ex corporis cuſtodi-
bus: quem Philotæ conſiliorū participē fuiſſe ſuſpicabat᷑: cōprehēſo/ in
eius locum Ptholomeū Lagi cōſtituit: His actis in Bactra aduerſus beſ-
ſum ducere pgit. Subactiſq; in ip̄o itinere Drangis ac dragogis / & Ara-
chotis: Menona his p̄ſidem dedit. Poſt hæc indos aracothorū intimos i
uadit. Acq; haſce gentis: quod oīs illa regio p̄terq̄ quod niuibus p anni
tp̄s obruebat᷑: oīum rerū neceſſariarum inops erat: quarū reꝝ cauſa exer
citus uehementer laborabat: una excurſiōe uicit. Cūq; agnouiſſet areos/
denuo arma ſumpſiſſe: Satibarzane cum duobus milibus eqtū: quos a
Incẽſa pyra ait Nearchus: tubas inſonuiſſe: ita. n. ab Alex. mãdatũ: totũ
q; exercitũ clamores in cœlum ſubſtuliſſe. prout in p̃liis fieri ſolet. Ele-

Clamor ĩ præliis.

phãtos quoq; horrẽdũ infremuiſſe. Hæc atq; huiuſmodi de Calão gra-
ues auctores ſcripſere. Nõ inutilia oĩno mortalibus: qbus curæ ẽ: agno-
ſcere hoĩs aĩum: oĩa dura perferre poſſe: ac ſi uelit: inuictũ eẽ. Poſt hæc
Alex. Suſas ꝑgreſſus/Atropatem domũ remiſit. Abulitẽ ſuſiorũ ſatrapẽ
& Oxatrẽ eius filium: quia in ſuſios multa auariter/ac ſupbe ppetraue-
rãt: damnatos occidi iuſſit. Multa nãq; p eos: qbus ꝓuincias/ac natiões
a ſe ſubactas Alex. cõmiſerat. Q̃m̃ diuturnior fuerat eius in indis expe
ditio. Nec eum reuerſurũ credebãt pp ingentia picula: q ſubiturus uide
batur: tũ efferarũ gentiũ: tũ ampliſſimorũ fluminũ: tũ inopiæ rerũ neceſ
ſariarũ: Tam in deoꝝ templa: q̃ in populo ſuæ fidei cõmiſſos/crudeliſſi
me acta fuerant. Sed & ipſe Alex. tũ pronior in delatores fuiſſe dr̃: & cõ
uictos quoſq;/uel pro leui noxia puniſſe: utpote q ſibi pſuaſiſſet: illos
ẽt iis peiora eadẽ mente ppetraturos fuiſſe. Poſt hæc ingenti apparatu/

Hoc negat aptiſſime plu.

& ſibi/& amicis nuptias celebrare inſtituit. Et ſibi qdẽ Barſinẽ Darii fi-
liã ut inqt Ariſtobolus/iuſto matrimõio copulauit: ac Paryſati filiã Oc
chi iuniorẽ. iam. n. ante Roxãnẽ duxerat (ut diximus) Oxiartis Bactria
ni filiã. Drypeti Altera Darii filia uxore Epheſtiõi data. Volebat: quo ſi-
bi magis Epheſtiõem deuinciret illius filio liberis ſuis cõſanguinitate iũ
ctos eẽ. Cratero amaſtrinẽ Oxiartis fr̃is darii filiã. pdice atropati medoꝝ
ſatrape. ptholemæo/ac eumẽi ſcribæ regio duas artabazi filias: huic arta
chamã: illi Artoni: Nearcho Spitamẽis bactriãi filiã uxorẽ dedit. aliis itẽ
amicis pſarũ/ac medoꝝ: q dignitate p̃ſtabãt: filias circiter octuagita col-
locauit. Nuptiæ pſaꝝ more celebratæ ſũt: Sedes ex ordĩe iis poſite q uxo

Barſine darii filia. Paryſatis occhi filia

res ducturi erãt: cõuiuiũ regali magnificẽtia apparatũ. Tũ ſpõſæ accerſitæ
eæq; dexteris/atq; oſculo a uiris acceptæ ſũt. Vna quæq; apud uiꝝ ſuũ ſe
dere iuſſa. Harũ rerũ initiũ. (Nã cunctoꝝ nuptiæ ſimul agebãt᷑) a rege
factũ hoc alexandri facinus ſiquod unq̃ alias maxime populare in ſuos
uiſũ ẽ. Dotes oĩb⁹ cõtulit. alioꝝ ẽt noĩa: p̃ter hoſce: quos mõ noĩauim⁹
q aſiaticas uxores cæpere: ſcribi iuſſit. Hos ſupra dẽa millia fuiſſe tradũt
quos oĩs honoris cã Alex. ꝓ dignitate mũerib⁹ affecit. Deiñ. quo nihil ñ
populare efficeret: æs alienũ: quo milites deuicti erãt ſua ipſi⁹ pecũia diſ
ſoluit. Cũq; q̃tũ cuiq; qſq; deberet ad ſe referri iuſſiſſet. Initio qdẽ pauci
noia dedere: ueriti ne ſub eo p̃textu exploraret: qbuſnã ob ĩmoderatio-

Aes alienũ ſoluit creditoribus alex. ut inquit plu. cuius ſũma nouẽ milliu; octingentorũ ac ſeptuaginta talentum fuit.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

res ſūptus militare ſtipendiū nō ſufficeret. Poſtq̄ uero ītellexit: pleroſqꝫ
noīa nō dare: diffidentia eoꝶ īcrepita. ait Non decere regem emētiri in
populares ſuos: Nec rurſus populares exiſtimare regē ſuū mendacē eſſe
Deiñ mēſas cū mēſariis ſuis/ totis caſtris diſpoſuit: q creditoribus noibꝰ
debitorū ſuppreſſis ſoluerent. Tum creditū ē poſita ſuſpitione Alexā. re
uera obæratos oēs ære alieno liberare uelle. Exquo regis bñficiū multo
iis cumulatiꝰ/ ampliuſqꝫ uiſū ē. Ea diſſolutio æris alieni ſupra. xx. millia
talētū fuiſſe dr̄. Ad hæc multa aliis ꝓ dignitate: aliis ꝓ uirtute/ & meritis
elargitus ē. Eos uero: q fortitudie cæteris añ ſtetiſſent: aurea corona do
Diſcā̄thoc ab alexan· nr̄i imp. nauit. Imprimis Peuceſtā: q ab hoſtibus circūfuſū in mallis obiecto ſcu-
to ſeruaſſet. ſcdo loco Leōatū: q & ip̄e e uitae piculo eū eripuerat: & apd
indos multa diſcrimina adierat: & copiis: qui rebellauerāt: uicerat. Ter
tio loco Nearchū: q oceanū ingreſſus indorū oras cū claſſe obierat. Nā
& hic iā ſuſas (ut dictū ē) puenerat. Poſt hūc Oneſichritū: nauis ſuæ gu
bernatorē. Deinde Epheſtionē/ atqꝫ alios corporis ſui cuſtodes ꝓ digni-
tate ſingulos. Poſt hæc ad eū ꝓfecti ſūt aliquot Satrape: tū ex urbibus a
ſe cōditis: tum ex nationibus ſubactis: & cū his adoloſcentes circiter. xxx
Epigoni millia/ pari ætate oēs/ macedonicis armis inſtructi. quos Epigonos ideſt
ſucceſſores appellabat. Hoꝶ aduentu macedones nō nihil cōtriſtari uiſi
ſūt. Tāq̄ Alex cogitaret: ne uſqꝫ adeo āplius macedōibus egeret. Cōtur-
batos quoqꝫ Macedonas ferūt pp mutatū a rege habitū/ nuptiaſqꝫ more
pſico celebratas. Nec ſolū cæteris: ſed ēt qbuſdā eorū: qbus uxores dede
rat: q̄uis ex paribꝰ/ ac cōibus nuptiis/ nō mediocriter ſibi honeſtati uide
rent̄: hæc grauia erāt. Peuceſte quoqꝫ in ip̄o pegrino cultu ſermo pſicus
moleſtus erat. Q m̄ Alex. ſermōe illius ſemibarbaro delectari cernebāt.
Mouebat ēt eos: qd bactriāorū/ ſogdiāorū/ Arachotoꝶ/ Zarāgoꝶ quoqꝫ
& Ariorū/ parthorū/ ac pſarū eqtes i amicorū eqtatū recæptos uidebant.
Q uotquot dignitate/ aut corporis pulchritudie/ aut alia quapiā excel-
lentia/ uiſi ſūt cæteris añcellere. Q dqꝫ in qntā eqtū p̄fecturā aucto eqta
Cophis tu barbaroꝶ plurios recæpiſſet. Ad hæc cophē artabazi filiū & Idarnē/ at
qꝫ artibolē mazei filios/ & phradaſmenē/ atqꝫ alios p̄ter hoſce phrataphe
rnis pthoꝶ/ atqꝫ hyrcaniæ ſatrape filios/ ac Itanē Oxiarti Roxānes uxoris
frēm: itēqꝫ egobarē ac mitrobeū frēs īcohortē regiā admiſſos: hiſqꝫ oibꝰ
hidaſpē bactrianū p̄poſitū/ & macedōica lacula his data aīaduertebāt. q̄
oīa macedōes ꝓ iniquo aio ferre: ueluti Alex. i barbaroꝶ mores trāſeūte
ipſoſqꝫ macedōas/ ac macedōicos mores iā faſtidiēte. poſt hæc Ale. Ephe
ſtionē cū magna peditatꝰ pte/ mare pſicū adire īperat. Ip̄e cū nauibꝰ ſub

ductis/ & Suſas terreſtri itinere cōuectis: iiſqꝫ rurſus inſcēſis cum Argira-
ſpidis/ & cohorte regia: ac parte eqtum amicoꝶ Eulæo flūine eodē con- Eulæꝰ flu·
tendit. Cumqꝫ haud procul ab hoſtio flūinis pueniſſet infirmioribus na
uibus ibidē relictis: cū his: q remis habiliores erāt. Occeanū ingreſſus ad
hoſtiū Tygris enauigauit. Cœteræ naues ipſo amni ſubuectæ ſūt ī foſſā
quæ a Tygri i Eulæū perducta erat/ & per eam foſſā in Tygrim deuectæ
Euphrates/ ac Tygris duo ingētes amnes Aſſyriā interiectā: unde: & ab
indigenis Meſſopotāi uocāt̄. termināt. Sed Tygris Euphrate depreſſior Tygris & Euphrates
humiliorqꝫ multas ab eodē Euphrate foſſas: plureſqꝫ p̄terea fluuios ī ſe
admittit: qbus auctus mare perſicū īfluit grandis iam ac nuſq̄ uado trāſ-
meabilis: neqꝫ. n. p campos effunditur: neqꝫ in foſſas deducit̄. Q m̄ ter
ra altiorē: neqꝫ aliud flumē illabitur. Euphrates uero p altiora excurrit:
ubiqꝫ ripis æqualis multæ foſſæ ab eo deriuant̄: aliæ qdē perennes: ex
qbus accolæ utrinqꝫ campos irrigāt: aliæ tēporariæ. Rari in his locis im-
bres cadūt. Q uapp & uadoſus ē/ & haud magnā uim aq̄ꝶ uehit. Alex.
enauigato Occeano q̄tū ſinus pſicus continet p littus mediū īter Eulæū
ac Tygrim: Tygri inuectus: Epheſtiōis caſtra petiit: & ab inde Opim ur Opis urbs
bem ſup ip̄o Tygri ſitam profectus ē. Catharactis oībus e flumine ſubla
tis: quas iccirco indigenæ interiecerant: nequa inimicoꝶ claſſis ī eoꝶ fi-
nes penetraret: quaꝶ multitudie difficilior erat nauigatio. Eas uero mo
litōes Alex. & irriſit/ & facile deleuit. Opim ꝓfectus ꝓnūciauit: oēs ſe mi-
lites: q uel ætate/ uel inualitudie/ uel alia iuſta cā militares labores pferre
non poſſent miſſos factuꝶ: domumqꝫ remiſſurū: q uellent. Q ui uero
uolūtarie remaneret/ & ea loca īcolere deſtinarēt/ eos ſe tantis affecturū
muneribus: ut his: q domi fuerit inuidioſi futuri ſint. Et hæc qdē atqꝫ
huiuſmodi Alex. uulgo: iactabat: ueluti macedonibus gratificaturus: q̄
illi tanq̄ deſpecti: atqꝫ inutiles a rege exiſtimati/ nō iniuria piniquo aio
patiebant̄. Accedebāt aliæ ægritudinis/ atqꝫ indignatiōis cauſæ: Perſica
ueſtis: ornatus macedonicus barbaris aduleſcentibus conceſſus. peregri
noꝶ eqtum/ & amicoꝶ cōfuſi ordines. Q uapp ſilentio tandem abru-
pto oēs ſeſe militiæ ſacramēto abſolui petierūt. Nec defuere: q uerbis in
ſultātes exprobrarēt. ip̄e cū p̄re ſuo Ammōe aduerſus hoſtes bellū gerat
Q uæ cū audiſſet Alex. (erat. n. effectus i irā ꝓnior/ & barbaroꝶ lateri aſ Alex. pronus in irā.
ſiſtētiū fauor eū in macedōes aliq̄to ferociorē reddiderat) repente con-
ſurgens cū his duobꝰ: q circa ſe erāt: ſeditionis auctores cōprehendi iu-
bet: manu deſignās quos capi uellet. Tredecim hi fuere: quos oēs inter-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Oro alex. ad milites pülcherrima.

fici iuſſit. Deiñ cum exterritis cœteris ſilétio facto rurſus cõſediſſet: hũc ĩ
modũ uerba fecit. Nõ ob eã rẽ macedões: uti uos ab iſto finiẽdæ militiæ
intempeſtiuo deſiderio deterreã: apud uos nũc uerba faciã. licet. n. uo-
bis p me quidẽ quoq; libeat abire: ſed uti cognoſcatis: qualis in ſuos phi
lippus pr̃ prius: Deinde ego in uos fuerimus: quaſue ĩpi cõtra nobis gra
tias ĩmaturo diſceſſu urõ referatis. Ac primũ: (ut par ẽ) de Philippo pr̃e
loquar. is. n. uos errãtes/ac uagos oĩum rerũ inopes: pleroſq; ẽt pellibus
amictos paſtores: ꝑ qb⁹ cũ illiricis/ac Triuallis/Tracibuſq; finitimis cõ
tinue pugnabatis in tutelã/ac fidẽ ſuã recepit. Ex mõtibus aſperis ĩ pla

Clamides ex pellib⁹

na. & culta deduxit. Pro pellib⁹ clamides ornatas ferre dedit: armis iſtru
xit. rẽ militarẽ docuit: ut nõ magis locoꝝ munimẽtis/ac ſitu cõtra finiti
mos: q̃ armis/& uirtute urã tuti eſſetis. Ad hæc ĩ oppida uos induxit. Le
gibuſq; & ĩſtitutis optimis ornauit. Ipſoſq; barbaros: a qbus prius uehe
mẽter uexabamini: eoꝝ agros/ſeruos/populares ſeruir̃ uobis coegit ma
gnã thraciæ ptẽ macedõiæ adiecit. Multũ quoq; oræ maritimæ occupa
uit: quo uobis apud exteras gẽtes negociãdi facultas eẽt: pfecitq;/ut adẽ
pto finitimoꝝ metu/metalla defodere poſſetis: uñ ad uos magnæ opes
puenere. Theſſalis: q uobis formidini prius erãt/uos ꝑpoſuit: domitiſq;
phocẽſib⁹/trãſitũ ĩ græciã latũ/ac facilẽ ex anguſto: & difficili uobis red
didit. Atheniẽſes quoq; & thebãos: q macedõiæ ĩſidiabant̃: nobis iã una
ſecũ militãtib⁹: ut ꝑ tributo iis pẽdi ſolito: ĩpi nũc e cõtra a uobis ſibi pa
cẽ/& qetẽ poſtulẽt. In Pelopõeſſũ deiñ trãſgreſſus: eã ꝓuĩciã ordinauit:
Duxq; totius reliq̃ græciæ cũ ãpliſſima ptãte deſignatus belli aduerſus p
ſas ſuſcipiẽdi/nõ magis ſuã gloriã/q̃ macedonũ eẽ uoluit. Et hæc qdẽ a
Philippo pr̃e ĩ uos ꝑfecta bñficia. Si p ſe pẽſent̃ haud dubie magna ſũt.
Sin uero cũ nr̃is cõferant̃: parua ꝑfecto uidebũt̃. q ĩpe pr̃i ſuccedẽs au
rea qdem & argẽtea uaſa in eius ſuppellectile pauca repperi ĩ theſauris
talentũ uix ſexageſies reliqt. Præterea æris alieni talenta circiter qngenta
ſup quæ cõtracto a me nouo ære alieno talentũ octingentoꝝ e macedo-
nia moui: quæ qdẽ alẽdo exercitui uix ſatis eẽ uidebant̃. ac ꝓtinus Hel

Prouĩciæ & Regiones uictæ ab Alex.

leſpontũ uobis patefeci. Perſis mari potientib⁹: uictis deinde eqſtri præ
lio. Darii ducibus & copiis totã ioniã macedoniæ regno adieci. Nec Io-
niã mõ: ſed & æoles/ac utroſq; phrygas: Lydos quoq; & Mileſios obſidẽ
do cepi: aliaſq; inſup gentes natiõeſq; uobis ſubieci. Aegyptiorũ/ac cy
renenſiũ opes/qb⁹ ſine ui potiti ſumus: ad uos acceſſere. Celeſyra quoq;
& paleſtina/ea: quæ inter flũia ſita ẽ: poſſeſſiones uræ ſũt. Babylonem/

Bactra/ Suſas tenetis. Vr̃æ ſunt Lydorũ diuitiæ: perſaꝝ theſauri: indoꝝ
fortunæ: Veſter deniq; occeanus: uos ſatrapæ: uos copiaꝝ duces: uos or
dinũ pricipes eſtis: ut iã nihil mihi ex tot rebus partis ꝑter hoc diadema
& purpurã ſuperſit. Nihil priuatũ aut a uobis ſeiũctũ teneo. Nec põt qs
demõſtrare theſauros meos: quippe q nulli ſũt. Nec porro exqſitiorib⁹
cibis/aut epulis: q̃ ueſtrũ quiſq̃ utor. Fortaſſe ẽt uilioribus q̃ pleriq; e uo
bis: plus uigilare/q̃ uos me certo ſcio: ut ĩpi quietos ſomnos capere poſſi
tis. Sed hæc forte oĩa laborãtibus/& diſcrimina ſubeuntibus uobis ego
unus Dux ueſter laborũ/& periculorũ ĩmunis adeptus ſum. Ecquis ue-
ſtrum eſt p deos ĩmortales: q queat uere dicere ſe plus gloriæ meæ cã: q̃

Oĩa uulnera Alex. pl. de fortuna & uirtute Alex. enumerat

me ꝑ ſua utilitate & honore laboraſſe: Age igit̃ qui ex uobis uulnera pu
gnando acceperunt: denudent cicatrices ſuas: quibus ego uiciſſim meas
oſtẽdã: uti agnoſcant/nullam mihi partẽ in aduerſo pectore intactã eẽ:
nec ullum ſane genus eſt teli: quo ictus nõ fuerim: cuiuſue ueſtigiũ in
meo corpore nõ appareat. Sed & gladio quoq; ab hoſte pcuſſus ſũ: lapi-
dibus/ac ſudibus contuſus. Atq; hæc quidẽ: quo uos honore/& gloria
augerẽ: pericula ſuſcæpi. Ego uos p oĩs terras/montes/flumia/maria ubi
q; uictores duxi. uxoris nuptias cũ nuptiis ur̃is celebraui: multiſq; filio-
rũ uroꝝ filiis meis cognatiõe/& cõſanguinitate deuinxi. Aes alienum:
quo tenebamini (qd fuit ingens ꝑter militare ſtipendiũ) ipſe pſolui: q̃-
uis ex tot uictoriis nr̃is ĩgens ad uos præda/& res acceſſerit. Coronæ au-
reæ: qbus pleroſq; ueſtrum dõaui: tam nr̃æ erga uos ſingularis beneuo
lentiæ: q̃ uirtutis ur̃æ immortalia monimẽta ſunt. Quiſquis militum
in prælio cecidit glorioſa illi mors funus illuſtre fuit. Aeneæ etiam ſta-
tuæ pluribus eorum domi poſitæ parentibus honor hic redditus: ut pu
blicoꝝ munerum/ac tributorũ expertes ſint. Nemo adhuc ur̃m/me du
cente/& rem gerente/fugere coactus uitam amiſit. Et nũc ſane uel æta-
te uel caſu imbecilliores factos ita domũ remittere conſtituerã: ut uel iis
q domi ocioſi uitã agunt: inuidioſi fierent. At poſtq̃ idẽ abeũdi animus
oibus eſt: abite omnes/ac domũ renũciate: rediiſſe uos rege urõ deſerto
Qui Perſas: medos bactriãos: ac Saccas uicit: Vxios: arathotos: & Drã-
chos expugnauit: Parthos: coracoſmos: & hyrcanos/uſq; ad Caſpiũ ma
re domuit: q Caucaſũ mõtẽ trãſgreſſus: portaſq; Caſpias: itemq; Oxum

Alex. uſq; ad caſpiũ mare penetrauit.

Tanaim: indũ a nemine ante/ꝑterq̃ ab uno Dionyſio traiectũ: Hidaſpẽ
quoq; & Aceſinẽ: Hydraotẽ atq; Hiphaſim trãſgreſſurus fuerat: ſi ſeq
uoluiſſetis. Qui deniq; ĩ Occeanũ p utraq; indi hoſtia ꝓfectus: atq; ĩ-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

de in terrā egreſſus p Gedroſoꝝ fines/atq; īperuias ſolitudines. Carma/
nos/atq; Oritas cœpit: emenſoq; Occeano ab indoꝝ finibus/ad Perſicū
mare/nauali claſſe uos īcolumes/ac uictores Suſa reduxit. Hæc inq̃ do
mū renunciate: neq; a uobis deuictaꝝ gētiū fidei relictū eſſe. Quæ ubi
elocutus eſt: protinus ſurrexit regiamq; ingreſſus: neq; corpus curauit:
neq; amicoꝝ quenq̃ eo die ad ſe admiſit. Idem poſtridie fecit. Tertio die
uocatis ad ſe Perſarū primoribus uiris: ducatus ordinum īter eos diuiſit.
& quos cōſanguineos appellauit: iis ſolis ſibi oſculum ferre licer̄ ſanxit.
At Macedones Regis oſ̄one cōmoti attonitis ſimiles: apud tribunal nul
la uoce ædita/cōſtitere: nemine regē intro ſeq auſo p̄ter regiorū amico/
rū ordinē & corporis cuſtodū. Ip̄a uero multitudo: neq; permanēdo qd
ageret: ſciebat. neq; diſcedebat. Poſtq̃ uero cognitū ē: qd intus acta eēnt:
ducatus pſis datos: barbaros in uarios ordines diſtributos: macedonica
noīa iis ipoſita: nō iā amplius cōcœptū animis dolorē pferre potuerūt.
Sed cōcurſu in regiā facto: arma añ ianuā/pœnitentiæ ſignū ꝑiecerūt: ac
p̄ foribus ſtantes intromitti ſe: ſibiq; ignoſci ſuppliciter orabāt: ſeditiōis
auctores dedituri: nec a ianua/niſi uenia īpetrata diſceſſuri. Quæ poſtq̃
regi nunciata ſunt: patefacta ianua ad eos egreſſus: cum aīaduertiſſet il/
loꝝ eiulatū/ac triſtitiā: ipſe quoq; collachrymatus ē. Cūq; aliquantū ue
lut aliqd dicturus cōſtitiſſet: illi tā diu īmobiles/ac ſupplices māſere. Tū
Callines ſilente rege/ ætate ſimul: & dignitate in eqtatu amicoꝝ nō ob/
ſcurus pro oībus ita locutus ē. Hæc ſūt o rex: q̄ Macedonū aīos cōturbāt
Qd pſaꝝ quoſdā tibi cognatos effeciſti: Qd conſanguineos appellas.
Qd eoſdē tibi oſculū ferre pmittis: quā rē uſq; adhuc macedonū nemi
ni conceſſiſti: q te p infinitos labores p īmenſa picula/tādiu procul a pa
tria ſecuti ſumꝰ. Nos uero te quoquo uelis ſeq decreuimꝰ nec r̄cuſamꝰ
quo minus eoſdē labores ac picula de integro ſubeamus. Nā qd huic pe
regrinatiōi finē imponi cupiebamus: non ſane odio tui/nō militiæ ſatie
tate fiebat. Sed (qd tibi minime mirū uideri dēt) patriæ/parētū/cōiugū/
liberoꝝq; diuturno deſiderio. Itaq; ſiue regredi. ſiue progredi uelis: im
periū tuū nō detrectabimus. Quibus uerbis placatus Alex. uti macedo
nes cōſanguinei ſui appellarent̄: utq; oſculum ferrēt. cōceſſit. Primuſq;
oīum Callines eū oſculatꝰ ē. Idē cœteri macedōes fecere. Quo facto rur
ſus aſſūptis armis: quæ añ regias fores ꝑiecerāt: læti in caſtra reuerſi ſunt
Deinde Alex. quo diis gratias ageret: ſacrificio facto: cōuiuiū populare ī
ſtituit. In quo primi circa ip̄m honoris gr̄a macedones accubuere. Dein

Arma añ ianuā ꝑiecta pœnitētiæ ſignū.

Callinis oſ̄o ad alexan. cōciliandū.

Oſcula regibus dabant̄ a chаris.

Alex. macedones oſculāt.

ceps Perſæ: poſt eos ex aliis gentibus deuictis quicūq; aut dignitate/aut
uirtute p̄ſtabāt. Tū Cratere: quo rex biberat ad eos: q circa ip̄m diſcubue
rant/circumlato: uota ſuſcæpta ſūt: incipientibus græcis uatibus & ma/
gis tū alia regi/exercituiq; ꝓſpera tū maxīe æternā macedonū/ac perſarū
concordiā: & cōis iperii ſocietatem p̄cātibus. Nouem millia uirorū huic
cōuiuio affuiſſe: fama eſt. Eoſq; oēs ex eodem Cratere libaſſe. Poſt hæc
uolēs/libēſq; qd prius inſtituerat. Macedōas miſſos fecit: quos uel ætas
uel morbꝰ: uel uulnera īutiles bello reddidiſſent. Hi ad terdena millia
fuiſſe phibentur: qbus non p̄terita mō ſtipendia cū fide pſoluit: ſed ēt
pecuniā ī uiaticū p̄buit. Talēto ſingulis dato. Filios ex fœminis aſiaticis
ſuſcæptos cū matribus apud ſe relinqui iuſſit: Ne cā ſeditiōis ī Macedo/
nia eēnt: quos macedōibus moribus inſtitutos/ac rei militaris doctos:
ip̄e poſtea ī macedoniā rediēs: parētibꝰ eēt redditurus. Ad hæc Craterū:
quo fideliſſimo/& amātiſſimo utebat̄: iis ducē exhibuit. Oībuſq; ſalu/
tatis: p̄ charitate lachrymātes: lachrymās & ip̄e a ſe dimiſit. Mādatis Cra
tero additis: uti eos ī macedoniā reduceret. Ipſe Macedōiæ: Theſſaliæ/ac
Thraciæ p̄eēt: græcorūq; libertatē tueret̄ Antipatrū: q & ip̄e ꝓficiſcebat̄
alios macedōas: q militare poſſent. ꝓ iis: q domū remittebāt̄ ad ſe duce
re īperat. Polipercōta quoq; cū his mittit: ut ſiqd aduerſi Cratero ī itine
re cōtingeret: q haud ſatis firma ualitudīe erat. Ip̄e crateri munꝰ: ne dux
itineris deſit ſubeat. Fama q̄dā licet obſcura/ī uulgus ex iis: ab his q re/
gū negocia: quo magis occultant̄: hoc magis afferre cōcupiſcūt: quæq;
uerīſimilia uidēt̄: ſemp ī peiorē partē uertūt. Alex. cōpulſū maternis de
antipatro calūniis/Antipatrū Macedōia amouere cogitaſſe. ſed fortaſſe
hæc antipatri euocatio nihil ad ignominiā eiꝰ ptinebat. Sed potiꝰ ne ex
illoꝝ cōtentiōe aliqd mali oriret̄: qd ip̄e poſtea ſanar̄ ñ poſſet. Nāq; fre
quētes lr̄as ad Alex. dabāt. Antipater Olympiadē ut īportunā: ut mobi/
lē accuſans: qdq; circa plurima occuparet̄: q̄ haudq̄q̄ decere uiderent̄/
Alex. matrē: Quibꝰ de rebus cōmotū alex. aliqñ dixiſſe phibent: grauē
pēſionē ꝓ menſibus decē: qbus in utero eiꝰ fuiſſet: matrē a ſe exigere.
Olympias uero Antipatꝝ: ut īſolentiorē/tū ex diuturno īperio: tū ex fa
uore populariū factū arguebat. Nec iā āplius recordari a quo tātā ptātē
accepiſſet: ſed ſemet tanti ſe faceret: ut ſibi dignꝰ ipſe uideat̄: q macedōi
bus cæteriſq; īperans regnet. Atq; hoc magis apud Alex: ualuiſſe uidebā
tur quæcūq; in ſuſpitionem īſidiarum/& affectati regni de antipatro fe
rebantur. Nihil tñ ab Alexandro uel dictum uel factum: ex quo quis
ſuſpicari poſſet: ipſum ab antipatro ab alienatum eſſe.

Nouē millia uiroꝝ ad cōuiuium alexā. oēſq; ex cratere alexā. libaſſe ferunt.

Craterus ī utiliu; macedonum bello terdena millia domu; reducit iuſſu alex.

Antipater inſolētior

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hoc ſermone deterritum Epheſtionem cũ Eumene licet inuitum uolẽ
te reconciliatũ eẽ. In hoc ipſo itinere fertur Alex. campũ uidiſſe: in quo
iumenta regia paſci ſolita/Nyſeum uocitatum: Equoſqꝫ Nyſeos appella
tos/Herodotus autor eſt. Fuiſſeqꝫ olim in his cãpis equarum circiter. cl.
millia tunc uero nõ repta plus. L. millia: quarũ Alex. haud multo plureſ
q̃ quinqꝫ aſportauit. Nãqꝫ a latronibus direptæ/diſtractæqꝫ fuerãt. Huc
Hatropates medorũ Satrapes fœminas. C. ad Alex. adduxit: q̃s ex Ama-
zonũ gñe eſſe aiebat: eas cultu/& habitu uirili ornatas: p̄ter qđ ſecures ꝓ
Lanceis/pro clypeis peltas ferebãt: Nõnulli ẽt ferũt dexterã mammã iis
minoré fuiſſe: quã dũ i præliis uerſabant̃. exercebãt. Eas oẽs Alex. neqđ
probri in caſtris paterentur: domũ remiſit: iuſſas reginæ renunciare ſe-
ſe ad eam generandæ prolis cã profecturũ. Verũ hæc neqꝫ Ariſtobolus:
neqꝫ Ptholemæus: neqꝫ alius quiſpiã grauis autor tradidit. Sed neqꝫ exi
ſtimauerim Amazonũ gentẽ ea tempeſtate ſuperfuiſſe: de quibus neqꝫ
etiã is: q fuit ante Alex. tempora Xenophon rerũ ſcriptor/& dux inclyt⁹
mentionem fecit: cum quidem/& Colchorũ/& Phaſiorũ cæterarũqꝫ gẽ
tiũ barbararũ meminerit. Quaſcunqꝫ græci a Trapazunte oppido ꝓfe
cti/uel etiã prius: q̃ ad trapeſũta uenirent pcurrerunt qbus in locis haud
dubie: his amazones occurriſſent. Siqua adhuc tpibus illis earũ ſoboles
extitiſſet. Mihi aũt nõ uidet̃ incredibile fuiſſe aliqñ Amazonũ genus: cũ
ſit a tam multis/ & claris authoribus celebratum. Quãdoquidẽ & Her
culẽ (fama eſt) aduerſus eas miſſum: Hippolites reginæ a ſe uictæ bal-
teũ in græciã reportaſſe. Et Athenienſes Theſeo duce has eaſdem cũ Eu
ropã inuaderent primo p̃lio ſuperatas reppuliſſe: quã pugnã a Cimõe
non minore cura: q̃ Athenienſium/ac perſarũ ſcriptam cõſtat. Præterea
& Herodotus/& quicunqꝫ hiſtoriarũ ſcriptores Athenienſiũ res geſtas
lr̃arum monimentis mandauerunt. Bellum imprimis contra Amazo-
nas celebrauere. Siquas uero fœminas equeſtri bello adortus Atropates
ad Alex. duxit. Non Amazonas illas: Sed alteri⁹ cuiuſpiam ſtirpis barba
rarũ gẽtiũ eqtandi peritas/& in Amazonũ morem armis inſtructas fuiſ
ſe crediderim. Cũ aũt adhuc eſſet in Ecbatanis Alexã. ſacrificio peracto:
quo diis gratias ageret: Ludiſqꝫ Gymnicis/ac muſicis editis/amicis lau-
tiſſimum epulũ præbuit. Inter hæc Epheſtion in morbũ incidit. Eratqꝫ
is dies ab initio morbi ſeptimus. Quo die Ludi: qbus pueri decerta-
bant/agebant̃. Cũqꝫ ei renunciatũ eſſet/morbum inualeſcere: relictis re-
pẽte ludis ad Epheſtionẽ cõtẽdit. Cæterũ tãta uis morbi fuit: ut ille pri⁹

Nyſeus eq̃ pus.

Hatropa-tes

Amazonũ gens

Hercules cũ Amazonibus pugnauit.

Epheſtion moritur

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

expirauerit:q̃ rex eo peruenire potuerit. Hic alii alia de Alex.ſcripſerũt.
Oẽs tñ in hoc unũ conſentiunt/incredibili dolore affectũ.Q ualẽ autẽ
ſeſe in dolore ꝓ̃ſtiterit:tradiderũt/prout quiſq; Epheſtiõi/uel ẽt ipĩ Ale-
xan.affectꝰ erat. Eorũ uero:q indecẽtiora ſcripſere:alii uiſi ſũt exiſtimaſ
ſe ad regis laudem accedere:Q uæcunq; doloris ĩpatientia / aut dixerit/
aut fecerit in amiciſſimi hoĩs funere. Alii hæc eadẽ ei uitio uertunt:uelu
ti rem Maieſtatis regiæ faſtigio indecorã/& Alex. noĩe indignã. Vtcũq;

Alex. quã ro dolore affectꝰ amici morte

res fuerit. Scribunt/& hi quidẽ Alex.ad multã diẽ ſup amici corpꝰ exa-
nime eiulantem ꝓcubuiſſe. Vixq; inde ab amicis abſtractũ. Sunt itẽ qui
ſcribãt:nõ eũ mõ diem:ſed & noctẽ cõſequẽtẽ/dolore/luctuq; cõtinuaſ
ſe. Nec deſunt/qui tradãt/iuſſiſſe regẽ Glauciã medicũ:qđ in danda po-
tione indiligentior fuiſſe uiſus eẽt:uel ut alii tradũt:cũ uideret Epheſtio

Capillos diſcidit Alex. morte amici Achilles

nem uino ĩpleri:non inhibuiſſet:necari. Sed qđ ipſe ſibi capillũ diſcide-
rit ſup amici corpore ꝓſtratus:& alia quædã huiuſcemodi fecerit: Non
utiq; inter indecora/& indigna poſuerim:ꝓ̃ſertim cũ Achillem hoc idẽ
feciſſe in amici morte acceperimus:quẽ ille uſq; adeo a pueritia emulari
uidebatur. Ferũt etiã aliq(Q uod ego minime crediderim)currũ:quo
corpus Epheſtionis uehebatˀ. Alex.cõſcendiſſe/ac rexiſſe.Q uidã ẽt ſcri

Aeſculapii tẽpluʒ Xerſes diuinitatis cõtẽptor

pſere/pauimentũ tẽpli Aeſculapii:qđ erat in Ecbatanis ab ipõ Alex. de-
fodi iuſſum:qđ medicæ artes nihil Epheſtiõi ꝓfuiſſent. Sed hoc haud
quaq̃ credendũ. Eſt.n.barbaricũ/atq; impium:Alex.magis Xerſe diuini
tatis cõtẽptore dignũ.a quo ẽt Helleſpontũ cõpedibus uinctum ferũt.
Verum.n.uero hoc mihi nõ ꝓcul a ueriſimili uidetur eẽ:Q uod ẽ a q-
buſdam traditum:Eunti uerſus Babylonem alex.multas græcoꝝ lega-
tiones in itinere obuiam ueniſſe:in quis Epidaureorũ legati erãt. qbus
cum poſtulata conceſſiſſet:munus dedit.Q uod Epidauri in æſculapii

Alex. æſculapio templo munꝰ iuſſit ſuffi.

templo ſuffigerent:his uerbis additis.Q uãuis æſculapius ſeſe aduerſus
me parum æquum præbuerit:qui amicum:quem alterum me exiſtima
bam:interire paſſus ſit. Id autem a pluribus pro uero memoriæ prodi-
tum:Alex.epheſtioni tanq̃ Heroi ſacrificari iuſſiſſe. Alii addũt miſiſſe

Epheſtiõi tãq̃ heroi ſacrificari uult Alex.

illum nuncios ad ammonẽ p̃rẽm percontatum/an ipĩ epheſtioni/tanq̃
deo ſacrificari pmitteret. Idq; iouem negaſſe. Illud uero iter omnes auc
tores conſtat.alexan.totum triduum poſt epheſtionis obitum cibo / &
cætera curatione corporis abſtinuiſſe. Semp interim/ aut lamentantem
aut eiulantẽ/mandaſſeq; illi funus parari Babylone decies cẽties talẽtũ
impendio/uel eo pluris:ut quidam ſcripſere. Luctũq; publicũ barbaris

edixiſſe. Ad hæc plures ex amicis ad leuandũ dolorẽ/& ſe/& arma deuo
uiſſe Epheſtioni:ac primum oĩum Eumenem:quẽ paulo ante diximus
inimicicias cũ Epheſtione geſſiſſe:neqđ ſuſpicaretˀ Alex.ſe ex illius mor
te lætitiam cœpiſſe. Præter hoc Alex.ne Epheſtionis nomẽ interiret. Ne
minẽ quenq̃ in illius locũ ſuffecit/Ordinemq;:cui p̃fuerat. Epheſtionis
tribunatũ Chiliarchiam:hoc ẽ millenariã appellari uoluit:eiq; ſignũ p̃-

Chiliarchia

ferri in agmine:in p̃lio:quẽadmodum ipẽ Epheſtion conſtituerat. Cer-
tamẽ quoq; Gymnicũ:ac muſicũ:ac multo qdem illuſtrius:magnificẽ-
tiuſq; priorũ:tũ pugilũ multitudine: tum donatiui magnitudine edere
decreuerat. Tria nãq; pugnatoꝝ millia ĩ id p̃parauerat:q(ut ferunt)nõ
multo poſt in ipſius funere certauerũt. Et iam aliq̃tum tp̃is a luctu eius
proceſſerat: ſeq; ipẽ a mœrore reuocare cœperat:cum amici conſolando
poſito luctu ad belli curas retraxerũt. Itaq; in Coſſeos gentẽ bello ualidã

Coſſeos inuadit alex.

Vxiis finitimã primum duxit. Sunt hi mõtani populi:locos natura mu
nitos incolunt:ac ſeorſum depaſcunt. Vbi ſe potentiore aliquo exercitu
peti uident:in montium cacumina:aut gregatim:aut ſingillatĩ prout
cuiq; promptum eſt ſeſe recipiũt:Q uæ cum pp difficultatem ſubiri ab
hoſtibꝰ nõ poſſint:illis recedentibus:ipĩ in pagos ſuos reuertentes ad la
trocinia:ex quo uitam agũt:cõuertũtˀ. Et q̃q̃ anni tempus (per Hyemẽ
n.iſta gerebantˀ)ac locoꝝ iniqtas aduerſaretur. Ipẽ nihilominus una cũ
Ptholemæo eã gẽtẽ collibus depulit:exterminauitq; adeo:ut nihil eius

Hac de cã plu. de fortuna & uirtute Alex. ipm inuincibilẽ app.

uirtuti inacceſſũ/aut inuictũ erat. Petenti Babylonẽ Aphricæ legati oc-
currerunt:eiq; gratulantes ob tantas res ꝓſpere geſtas:Coronã de Aſiæ
regno impoſuerũt. Ex Italia quoq; Brutii/Lucani/ac Tuſci legatos de cõ
gratulatione Victoriæ ad eum miſere. Idem & Carthaginienſes feciſſe dĩ
cuntˀ:Ab Aethiopibus quoq; uẽiſſe legatos/& itẽ a ſcythis Europã inco
lentibus:Item a Celtis/& Hiſpanis amicitiã petentes. congratulanteſq;

Ex Italia ad alex. legati.

quoꝝ noĩa/& cultus tum primũ cognouere macedones. Ex his ẽt quoſ-
dam ueniſſe ferunt:ut de controuerſiis ſuis iudicaret. Ac tum maxime
ob eas res Alex.& ſibi ipĩ:& iis:q cũ eo erãt/rerũ dñm uiſum eẽ. Ariſtus
uero/& Aſclepiades(q & ipſe rerũ Alexã.ſcriptor eſt)tradunt ROMA-
NOS quoq; legatos miſiſſe:edoctumq; de eoꝝ inſtitutis / ac moribus/
deq; omni rep.futuros illos præpotentes ueluti uaticinãtẽ dixiſſe. Verũ

Romani legatos ad alex. miſere ſi credere dignũ ẽ

hoc neq; pro certo affirmauerim:neq; ut prorſus incredibile reiecerim:
licet nullus Romanaꝝ reꝝ ſcriptor de huiuſcemodi legatione mẽtionẽ
fecerit:neq; ii:quos magis ſequor Ptholemæus/& Ariſtobolus. Cœterũ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

haud conſentaneum rōni uidet̃:Romanos gentē tum maxime libertati
ſtudentē ad regem alienigenā tam procul p tanta maris ac terrarū ſpatia
legatos ad eum miſiſſe:p̃ſertim quos neq; metus neq; ſpes ulla aut utili
tatis ratio moueret:quiq; Tyrānos ac reges ueluti alienæ libertatis op‑

Heraclydes.

preſſores peroſi eſſent.Poſt hæc Alex.Heraclydem Argei cū fabris naua
libus in Hyrcaniā mittit:q exciſa in montibus materia:alias partim ap‑
tas:partim tectas inſtar græcaꝝ fabricent̃:Miro.n. deſiderio ardebat ag‑
noſcēdi cuinam mari Caſpium & Hyrcanū iungant̃.Vtrū Euxino pō

Rubrum mare

to/an occeano : q ab oriente circūfert̃ uerſus indos in ſinū Hyrcanū re
fundatur:Q uemadmodum Perſicum ac Rubrum mare/occeani ſin⁹
eſſe cōpererat.Nondum.n.cognita erāt marisCaſpii initia: q̃uis multæ

Oxus flu.

gentes circa ip̄m incolerent:multiſq; amnibus celebre eēt. Nāq; Oxus
ex Bactris aſiaticoꝝ fluminū excæpto indo ampliſſimus i ip̄m mare ex

Araxes fl. Oxiartheſ

xiarthes

currit.& Araxes quoq;:q p Scythas.Oxiarthes ex armenis elabit̃ : i hoc
ip̄m mare exire a multis fert̃.Multi præterea alii amnes:partim q in ſu‑
periores exeūt:partim q ſeorſum fluūt:in ip̄m mare ferūt̃.Sed ii quidē
cogniti ſūt.Cœteri aūt amnes ab ulteriori ſinus parte:quā Scythæ mon
tani accolunt:prorſus ignota nr̄is eſt.Tygri flumine traiecto cum exerci

Caldei ad Alexan.

tu Babylonē proficiſcenti Alexā.proceſſere obuiā Caldei uates:ne Baby
lonē peteret orantes.Sed beli:q pro deo apud eos colebat̃:oraculo mo‑
nitos profectionē eius p id temp⁹ in eam urbem uitæ eius periculū por
tendere:quoꝝ monitis irridens Euripidis uerſus ꝓtulit.Is in latinū con
uerſus hanc habet ſn̄iam.Optimus is uates:q coniectat bene . Tum illi:
poſtq̃ o rex ſtatuiſti introire ad Occidētem:ne reſpexeris cū exercitu ad

De mortē Alex. plu. iuſtin⁹ curti⁹ uictruuius lib.8. Herodot⁹ Paul⁹ oroſius & alii fere oēs.

ueniēs:ſed circūacto agmine ad orientē cōuertere.Cum id facere ſtatuiſ
ſet:itineris iniqtas:quod & aquoſum/& paluſtre erat:ut conſilium im‑
mutaret:compulit:ita iubente ſiue fortuna/ſiue fato:ut ea uaderet uia:
quæ ſibi uitæ finē allatura eſſet. Sed ei fortaſſe ſatius fuit: Q uo tpe in
ſupremo gloriæ fœlicitatiſq; faſtigio collocatus & adhuc ſuis carus erat
ex hac uita diſcedere.Nec poſtmodū tantas uictorias calamitas aliqua
fœdaret. Q ua de re Solonem dixiſſe phibent.Crœſum monentē Vitæ
finem ſpectandū:Nec prius beatum quenq̃ diffiniendū eſſe.Nā uel ip‑
ſe quidē Epheſtionis interitus non parui infortunii loco.Alex. uidet̃
accidiſſe:quē mea ſn̄ia:p̃uenire ipſe q̃ uiuens experiri maluiſſet:Non ſe‑

Achilles.

cus atq; Achilles Patroclo præmori q̃ necis eius ultor reliqui optauit.
Erat autem iniecta ſuſpitio quædam Alexandro de Caldeis:quod non

tam ipſius cauſa/atq; ex oraculo: q̃ priuata aliqua utilitate aduentum
ſuū in urbem impedire conarentur.Nam Beli templum : qđ Babyloni
religioſiſſime colebant:media in urbe erat ex latere coctili magnitudine
atq; opere præclarum.Q uod templum Xerſes e græcia reuerſus: Q uē
admodum/& cœtera Babyloniorum loca ſacra euerterat.Id īnſtaurare.
Alexan.animo habebat.Et ut quidam ſcripſerunt/ampliatis fundamen
tis augere.Cuius rei cauſa locum iā purgari ruderaq; exportari iuſſerat:

Belo ſacrificia fiebant.

Cumq; ii:qbus hoc negocii demandauerat:negligentiores fuiſſent:co‑
gitabat ipſe cum uniuerſo exercitu opus aggredi.Magnus agri/atq; auri
modus a ſuperioribus Aſſyrioꝝ regibus Belo relictus fuerat:ex qbus tē
pli ornamenta comparabant̃:fiebantq; Belo ſacrificia.poſt euerſū uero
templum Caldei annuos fructus:cum ī nullos iam templi uſus cōferre
rent̃:inter ſe diuidebant.Q uā ob rē in ſuſpitionē inciderat.Ne iis gra‑
uis eēt ſua in urbem profectio:ne inſtaurato templo tantis cōmodis pri
uarent̃.uoluiſſe tū Alex.(Ariſtobol⁹ tradit)demōſtratā a Caldeis partē
declinare:ſed pp paludes interiectas conſiliū ſeq non potuiſſe.Itaq; ſiue
uolentē ſiue inuitum Beli oraculo nō paruiſſe.Aliud quiddam huiuſ‑

Apollodor⁹ Amphipolites

modi ſcripſit Ariſtobolus.Apollodorū amphipolitem amicorū Alexā.
Ducem in eo exercitu quem apud Mazeum Babylonis Satrapem reli‑
querat.Cū uideret alex.ex indis reuerſurū i ſatrapas ſeuerius animaduer

Mazeus

tentem:quos diuerſis regionibus poſuerat/Pythagoræ fr̄i ſuo ſcripſiſſe.
(Erat.n.extorū inſpector)de ſalute ſua p lr̄as conſuluiſſe . Interrogatū
ab eo:cuius potiſſimum metu id exqreret:Reſcripſiſſe:quod regem/at‑

Pythagoras uates

q; Epheſtionē timeret.Tum Pythagoram ſacrificio facto ſup Epheſtio‑
nem/exta inſpexiſſe.Cūq; in epate imolatæ hoſtiæ caput nō apparuiſſet.
Reſcripſiſſe apolodoro fr̄i lr̄asq; obſignatas certo nūcio ad eum dediſſe
ex Babylone in Ecbatana:qb⁹ docebat nihil a ſe de Epheſtiōe metuēdū
Q m̄ intra breue tempus e medio ſeceſſurus eēt.Q uā epiſtolā:ait ari‑
ſtobolus: Apollodorū:accepiſſe pridie q̃ Epheſtio exiret e uita.Poſt ue‑
ro ſacrificio ſup Alex.facto inſpectoq; iecinore nihilo magis caput. ho‑
ſtiæ apparuiſſe:idemq; fr̄i de alexan.qđ de Epheſtione prius ſcripſerat p
epiſtolā ſignificaſſe.appollodorū uero hæc Alex.obnunciaſſe:magis ut
eximiū quendā amorē erga regē:p̄ ſe ferret.q̃ ut eū periculi admoneret
Q uo uehementer laudato.Poſtq̃ rex Babylonē ingreſſus ē: pcontatus
ē Pythagorā:qb⁹ de ſignis talia fr̄i de ſe ſcripſiſſet.cui ille qđ hoſtiæ ieci
nora ſine capite inuenta eſſent.Eo rurſus interrogante.Q uidnā ea res

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſignificaret/magnũ malũ rñdiſſe. Tantum uero abfuit: ut Pythagoræ
ob eã rẽ Alex. ſuccẽſuerit: ut eũ magis dilexerit. Q m̃ ſimpliciter qd ſen
tiret: p̄dixiſſet. Hæc Ariſtobolus tradit. ſeſe ex Pythagora audiſſe: ac po
ſtea Perdicæ/atq; antigono eadẽ p̄dixiſſe: Cũ itidẽ exta nõ rñdiſſent. Per
dicæ; quo tempore aduerſus Ptholemæum exercitũ duxit. Antigono au
tem ĩ prælio: qd cũ Seleuco/ac Lyſimacho cõmiſit. At q de Calão ſophi
ſta indo ita ſcriptum eſt: dũ moriturus ad pyram incederet. cœteris qui-
dẽ amicis p̄ter alex. Vale dixiſſe. Illũ. n. ſe Babylõe reperturum: ibiq; ua-
le iuſſuꝝ. Q uæ uerba: cũ q aderant: tunc neglectui habuiſſent. Mortuo
apud babylonẽ Alex. memoria repetita de Alex. morte dicta eſſe cõpere
rũt. Eunti Babylonẽ alex. legationes græcoꝝ obuiã uenere. Q uibus ãt
de rebus ſingulæ legatiões eũ adierũt incertũ. At q̃tũ ego exiſtimo: ple-
ræq; eaꝝ congratulatũ ꝓfectæ ſũt pp tot/ac tam ingentes uictorias/& in
columẽ cũ exercitu ex indis reditũ: quos bẽigne ſuſcæptos domũ remi-
ſit. Q uaſcũq; uero/aut claroꝝ hominũ ſtatuas: aut deoꝝ ſimulachra/
ſiue quid aliud eiuſmodi: quo exornari celebrariq; memoria uirorũ ſo
let. Q uod Xerſes babylonẽ/uel Suſas/ac in paſargadas. aut q̃uis aliam
Aſiæ partẽ ex græcia deportauerat: eoꝝ oĩum reportandoꝝ ptãtẽ legatis
fecit. Et ĩprimis Aeneæ Harmodii/& Ariſtogitonis ſtatuæ Athenas rela
tæ phibent̃. Itemq; Dianæ cerceæ ſimulachrũ. Peruenerat aũt/ & claſſis
Babylonẽ: ut ẽ ab Ariſtobolo traditũ. Pars qdẽ Euphrate flumine e pſi
co ſinu ſubuecta: cui Nearchus præerat: pars a phœnicia terreſtri itinere
nauib⁹ ipſis: quo uehi poſſent ĩ plures partis deſectas: Hæ fuere qnque
remes duæ: q̃driremes tres. Triremes duodecĩ: aliæq; naues circiter trigĩ
ta: q ita deſectæ ad Euphratẽ ĩ Tapſacũ urbẽ e phœnice deportatæ: ibiq;
denuo cõpactæ ſecundo flumine Babylonẽ ꝓfectæ ſũt. Alias p̄terea na-
ues cœſis cupreſſis: quæ materia in Aſſyria paſſim abundat: parari iuſſe-
rat remiges ex porphyreis/ac phœnicibus cœteriſq; maritimæ oræ acco-
lis magno numero accerſierat: portũq; apud Babylonẽ: q eſſet mille na
uium longaꝝ capax: naualiaq; ĩ eodẽ portu ædificari curauerat. Miſitq;
Michalũ clazomenium cũ qngentis talentis in phœniciã/& Syriã: q uel
mercede conduceret/uel coemeret quoſcũq; ad rem naualem idõeos re
periret. iam. n. aĩo meditabat̃ in orã ſinus Perſici atq; inſulas ꝓpinquas
colonias deducere. Ea nãq; regio ſibi haud minus opulẽta: q̃ phœnicia
eẽt futura uidebat̃ Tantæ claſſis apparatum faciebat: ueluti contra ara-
bes gentẽ numeroſam ꝓfecturus. occaſionẽ hãc belli nactus: Q d ſoli ex

Mira r̃fert de calano philoſo-pho de quo ſupra & plu. in Alex.

De his pli nius in. 7. & Arrian⁹ alibi.

Cupreſſi multæ in aſſyria.

Mithalus claziome-nius.

oĩbus barbaris eaꝝ partiũ neq; legatos ullos ad ſe miſiſſent amicitiã pe-
tẽtes: neq; ullo munere dignati eẽnt. Verũ. n. uero/ueluti ego exiſtimo
magis eũ cupiditas dominãdi mouit: q̃ in ſũmis qbuſq; uiris inexplebi-
lis & irreqeta ẽ. Phama aũt tenuit inſtitutæ ꝓfectionis cãm fuiſſe: qd ac
cæperat Arabas duos tm̃ deos colere: Cœlum ſcilicet/ac Dionyſiũ: Cœ-
lũ qd aſtra cõtineat/tũ cœtera: tũ ſolẽ cũctis rebus humanis mãifeſto uti
lẽ/atq; ſalutarẽ. Dionyſiũ uero: quoniã exercitũ aduerſus ĩdos duxiſſet.
Q uapp neq; indignũ/neq; iniquũ exiſtimabat ſe apud illos tertiũ hr̃i
deũ: cũ ſe nõ inferiora Diõyſio feciſſe ſciret: Diõyſii quoq; exẽplo ipſos
Arabas poſtq̃ uiciſſet: libertatẽ cõceſſurus fuerat. iuitabat eũ p̄terea regio
nis opulẽtia/atq; fœlicitas. Audiebat Caſſiã apud illos gigni: paluſtribus
locis ex arboribus Myrrhã/ac Thura legi. Cinnamũ ex arbuſculis reſcin
di. Prata ſine ullo hũano cultu ſuapte natura nardũ gigner̃. Magnitudo
ãt oræ arabicæ haud mĩor q̃ ĩdiæ eẽ ferebat̃. Multæq; ĩſulæ ĩ cõſpectu ſi-
tæ. Eſſe p̄terea aiebãt ĩ iiſdẽ locis frequẽtes portus/ac ſtatiões / recæptui
claſſis idõeas: ac loca cõdendis urbibus ſitu p opportũa: duas itẽ inſulas
cõtra Euphratis hoſtia: q̃rũ ꝓpiorẽ ab ipſi⁹ amnis mariſq; cõfinio ad cẽ
tũ/& uiginti ſtadia diſtantẽ: Et hanc qdẽ minorẽ ſyluis denſã plurimũ
q; incultam. In ea templum Dianæ: circa quod indigenæ habitarẽt Cer-
uos/& Capreas paſſim errare lucis templo circumiectis: quos occidi præ
terq̃ ſacrificii cã nefas ſit. Hanc inſulam ſcribit Ariſtobolus iuſſiſſe Ale
xandrum icarum appellari a nomine icari inſulæ in Aegeo mari ſitæ. in
qua phama ẽ icarum dædali filium liquata alaꝝ cæra cecidiſſe. Q uo ca
ſu/& inſulæ/& mari appellationem dedit. Altera uero inſula a fluminis
hoſtio remota ferebat̃. Vnius diei ac noctis nauigatiõe: quã Tylũ uocãt
icaro maiorem/magnaq; ex parte cultã/atq; frugiferam: Hæc p Archiã
Alex. renunciata ſunt. q ad explorandã nauigationẽ miſſus: ad eam in-
ſulam nauigauit: non auſus ulteriora petere. Androſthenes quoq; alia
naui miſſus multũ oræ arabicæ p̄ter legit. Longiſſime autẽ oĩum naui-
gando proceſſit Hiereus ille ſoleus Gubernator: cui alexander mãdaue
rat: uti Arabicũ cheroneſſum/ea eſt peninſula: nauigando luſtraret. Do
nec ad Arabicũ ſinum: q ad Eegyptum ſpectat: Vbi Heroum urbs ſita
eſt: perueniret. Reuerſus: magnitudinem illius circũflexus: qui non mi-
nor ora indorum eẽt: Alex. renunciauit. Promontoriũ eẽ longe in occea
num porrectũ: Q uod & ii: q cum Nearcho ex india nauigabãt. prius q̃
in ſinum perſicum flecterent: ante ſe uiderant: parumq; abfuiſſe: quin

Arabes duos deos colunt.

Caſſia
Myrrha
Thura
Cinna-mum
Nardus
Arabia haud minor india

Dianæ tẽplum

Icarus inſula.
Dedalus

Tyle inſula.

Hiereus

Heroum urbs

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eodẽ traiecerint.Nam ita faciundũ Oneſichrito gubernatori uidebatur
Cœterũ Nearchus id a ſe uetitũ ſcribit:ut enauigato p circuitũ ſinu Per
ſico:poſſet Alexã.ea renunciare ꝑ ueris:quoꝝ explorandoꝝ gratia miſ
ſus eẽt.Non.n.ut mare:ſed uti oras mari adiacẽtes agnoſceret: & ipſius
oræ incolas:eoꝝq; mores:ſtationes:portus:aquas:terraſq; frugiferas:&
item incultas/atq; aſperas ediſceret ſe miſſum eſſe:& eã rem ſaluti exer
citui fuiſſe:q ſeruari non potuiſſet ſi ad Arabiæ deſerta nauigaſſet.Pro
pter quæ Hieron retroceſſiſſe dicitur.Interim uero dũ triremes ædificã
tur:portusq; apud Babylonẽ foditur:Alex.per Euphratẽ ad amnẽ Pol
Polloco pa flu. locopam deuectus eſt.Abeſt aũt is amnis a Babylõe.Dccc.ferme ſtadia
Euphrateſ ex Euphrate orit̃:non ex fonte.Nãq; Euphrates ex armeniæ montibus
oriens hyberno tempore imbribus in niues concretis tenuior ĩtra alueũ
ſeſe cohibet.Vere aũt/ſed magis cum ſol æſtate retrogradus fieri cœpit
ſolutis nauibus ingens exit.ripaſq; ſupergreſſus aſſyrioꝝ campos inun
dat.totamq; rẽgionẽ circumiectã obrueret:niſi ſeſe Pollocopam in flu
men:deinde in paludes ac ſtagna exoneraret:q̃ uſq; in arabum fines cõ
tinuatæ:deinde magno ſpatio per uada:poſtremo per multos ſubterra
neos meatus in mare fundunt̃.Reſolutis uero niuibus.præſertim circa
uergiliarum occaſum/Euphrates minor elabitur:& nihilominus ma
gna pars eius p Pollocopã in lacus deriuat̃:niſi a Pollocopa ſeptus ĩtra
alueum cohercer etur.Vſq; adeo exhauriret̃ oĩs aqua:ut Aſſyriorũ cam
pos irrigare non poſſet.Q uapp eius exitum in Pollocopam obſtruere
babylonioꝝ ſatrapæ curæ eſt.Idq; ingenti opere perficit̃:licet haud diffi
culter obſtruat̃:qm̃ terra ĩpa limoſa/ac plurimũ lutoſa eſt:quæ ubi in
ſe fluminis aquã admiſit:non facile reflectitur:idq; operis denis homi
nũ millibus trimeſtre erat.Q uæ Alex.enarrata incitauerũt eũ:uti aliqd
in utilitatẽ Aſſyriæ meditaret̃.Itaq; qua ĩ Pollocopã deriuabat Euphra
tes eius exitum firmius obſtruere ĩſtituerat:ad.xxx.ſtadia ulterius pro
greſſus eſſet:Solum repperit lapidibus interiectis ſolidius:quod diſciſ
ſum/& ad antiquam foſſam per quam Pollocopas labebatur.congeſtũ
non ſineret:facile aquam diffundi:pp terræ ipſius firmitatẽ:atq; ita ſta
tis anni temporibus aquarũ cõuerſio facilis futura uidebat̃.Huius rei
maxime gr̃a Alex.ulterius p Pollocopã nauibus uectus:nauigãdo in la
cus puenit arabiæ propinquos:Vbi placita ſitus opportũitate urbẽ ædi
ficauit:atq; eo coloniã deduxit.Ex græcis mercenariis quicunq; aut ſe
nectute: aut ægritudine: aut caſu aliquo inualidiores facti: ea loca

incolere:q̃ caſtra ſeq maluerunt.Deinde ſpretis Caldeoꝝ monitis:qm̃
nihil ſibi ſiniſtri contigerat.Nam a Babylone diuerterat:ut denunciatũ
malum euitaret:quaſi oẽ periculũ tempus ademiſſet fiducia plenus re
tro p paludes nauigabat.Babylonẽ a ſiniſtra hñs:cumq; pars nauiũ ig
gnaris gubernatoribus pp paludũ multiplices flexus incerta erraret:miſ
ſo duce:q uiã demonſtraret:totã claſſem continuo reduxit.Ferũt circa
eas paludes/ac lacus eſſe cõplura regum aſſyrioꝝ ſepulchra:cumq; naui
gando pergeret:Ipe.n.(ut fert̃).Triremem qua uehebat̃:forte tum re Prodigia
gebat/obortum ualidiorem uentũ ornatum capitis/ac diadema ei abſtu futuræ
liſſe.Diadema uento raptum harundini:quæ forte monumento cuidã mortis al exan.
ueterum illorum regũ innata erat:hæſiſſe:capitis ornamentũ haud pro
cul ab eo:(Erat.n.ponderoſius)in aquã concidiſſe:idq; futuri caſus tri
ſte prodigium habitũ.Ad hæc aliud triſtius acceſſit.Nam cũ nauta qui
dam ſtrenuus ſeſe in paludẽ conieciſſet:recæptũ diadema:ne manu ge
ſtans aqua pfunderet.capiti ſuo impoſitum:ad Alex.reportauit.Pleriq;
eoꝝ:qui res Alex.ſcripſerunt:Talento ob eã rẽ donatum ſcribunt.Dein
de accepto præmio capite puniri iuſſum.Caldeis uatibus haud negligẽ
dũ monẽtibus:quod tã temere diadema regiũ induiſſet.Ariſtobolus au
tem(cui magis crediderim)refert illum talentũ:deinde plagas accepiſſe
ob iniuriam:diademati feciſſet:eũq; phœnicẽ fuiſſe.Sunt & q aſſerant
Seleuchum/hunc fuiſſe:idq; factum ſignificaſſet/& Alex.interitũ:& ĩpi Seleucus
Seleuco magnum mox futurũ imperium.Illum.n.inter eos:q Alex.ſuc
ceſſerunt:ingentem tum imperio tũ animo:tum opibus regem fuiſſe.
Cæteroſq; ſuperaſſe.Reuerſus Babylonẽ alexan.Peuceſtam cũ perſis cir
citer.xx.millibus e perſide regreſſum repperit:magnã quoq; Tapuroꝝ/
& Coſſeorum manũ adduxerat.Venerat item Piloxenus ex Caria cũ ei9
gentis q̃ plurimis.Menander quoq; ex Lydia Lydos complures aduexe
rat.acceſſerat & Menites cum copiis ſibi attributis.Inter hæc aduenerũt
græciæ legati:iiq; ipſi coronati/& congratulantes aureis coronis alexan.
coronauere.ab eo tamen haud ꝑcul certe mors aberat.Tum pſis collau
datis:quod Peuceſtæ paruiſſent.& item Peuceſte quod eos moderate/
ſapienterq; gubernaſſet.ipſos in Macedonicos ordines redegit oẽs:ita tñ
ut decurio macedo eẽt.itẽq; ſemidecurio:ita a mercede quã capiebat ap
pellatus:quæ quidem minor erat:q̃ decurionis:maior autem:q̃ cœtero
rum qui ſine honore militabant.Secũdũ hos.xii.pſæ:ultimus uero de Stathera
curio macedo eſſet:& huic.x.ſtatheræ ſtipẽdiũ eſſet.Q uapp cõtigebat nũmus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

in ſingulis qbuſq; decuriis macedones quattuor ineſſe e quib⁹ tres plus
mercedis capiebant. Quartus decuriæ princeps erat. Perſæ uero. xii. erãt
Macedões patriis armis ĩſtructi ibãt. Perſæ uero/alii ſagittis/alii qdẽ amẽ
tatis iaculis utebant᷑. Interim Alexã. crebro claſſem ad remum exercebat:
Triremes cum quadriremibus celeritate certabant: coronabanturq; ui
ctores tam remiges/q̃ ip̃i nauiũ gubernatores: Per eoſdem dies uenerũt.
& ab Ammone/quos ſciſcitatũ miſerat: quos honores ſibi eẽt fas Ephe
Epheſtion ſtioni mortuo tribuere: hiq; renũciauerũt/ tãq̃ Heroi ſacrificari fas eſſe:
in deum. ita Ammõi placere. Quo oraculo lætatus: poſt hac illum tãq̃ heroa co
li iuſſit. eiq; congrua ſacrificia inſtituit. Poſt hæc Cleomeni ĩprobo uiro
q multis cõtumeliis ægyptios affecerat: epiſtolã ſcripſit. Quam qdem:
quo ad memoriã beneuolentiæ: qua defunctũ Epheſtionẽ ꝓſequebat᷑:
haud rep̃henderim. Sed multaꝝ aliaꝝ cã reprehenſione nõ carere exiſti
mauerim. Iubebat p epiſtolã/& in Vrbe Alexandria & in Pharo inſula:
in qua turris erat tũ magnitudine/tum opere: templa Epheſtioni ædi
ficari. & ip̃am Pharũ ab eiuſdẽ Epheſtiõis nomine appellari. Ad hæc ta
belliones tabulis: q̃s inter contrahentes conficerent. Epheſtionis nomẽ
inſcribere. Quæ qdẽ hactenus rep̃hendo: quod in rebus haud magnis
plus nimio occupatus uidebat᷑. illud aũt ualde reprehendendũ duxerĩ.
Si. n. (inquit) ad eundẽ Cleomenem ſcribens in ægyptũ ueniens ego: ſi
templa Epheſtioni ueluti Heroi tua opera inſtructa inuenero: non ſolũ
ueterũ delictoꝝ: ſed ẽt oĩa: q̃ poſtea cõmiſeris tibi gratiã fecero. Hoc ab
ampliſſimo rege ſcriptum eſſe homini multis populis imperanti præſer
tim malo: non ĩprobare nõ poſſum. Sed iam Alex. exitus appropinqua
bat. quem ex huiuſmodi re. & maxime ſignificatũ. & præmõſtratũ Ari
ſtobolus ſcribit. Nã cũ copias: quæ cũ Peuceſte p̃ſide Philoxeno/ac Meã
dro uenerãt: in Macedonicos ordĩes (ut pauloante diximus) diuideret:
ſiti affectus: cum e ſolio ſurgens/paulũ inde conceſſiſſet: interim obſcu
rus qdã hõ (ſunt qui dicant captiuũ fuiſſe) cũ regiam ſellam regeuacuã
Præſagiuꝫ futuræ mortis ale xan. animaduerteret. p medios eunuchos ſellæ circumfuſos (Nam amici Re
gẽ ſecuti fuerant) in eã ſeſſum ſe contulit. Quod ubi circunſtantes con
ſpicati ſunt: cum non auderent eũ ſella detrahere lege perſaꝝ inhiben
te: præ dolore ueluti in ingenti infortunio: cũ id in ſiniſtrã partẽ accipe
rent ora pectoraq; unguibus fœdare cœperũt. Quod ubi Alex. renũcia
tũ ẽ continuo inde abſtractum in queſtionẽ dari iuſſit. ut ſciret an cuiuſ
piã cõſilio tñ facinus perpetraſſet. De nemine confeſſus leuitate quadã

cõpulſum/ſe id feciſſe reſpondit. Quapp uates multo magis timendũ
eſſe id interpretati ſunt. Pauciſq; diebus ĩteriectis cũ diis pro cõſuetudi
ne ſua ſacrificaſſet: pro tantis uictoriis g̃ras agens aliqua ẽt noua ſacrifi
cia ex uatũ monitu inſtituiſſet: cum amicis epulatus eſt: conuiuiũq; ad
multã noctẽ ꝑduxit. Fertur ẽt p decurias/ac cẽturias in ſacris exercitui ui
num exhibuiſſe. Sunt/q ſcribant uoluiſſe eum e conuiuio in cubiculũ
abire: Sed Midium unũ ex amicis: tunc maxime ei acceptũ rogaſſe: uti
apud ſe maneret: eſſe quod eũ maxime delectaret. Regis uero diurnorũ
actoꝝ libri hoc hñt: cũ pſeueraſſet aliquãtũ in ſpectandis apud Midium
ludis potaſſe: deinde lotum edormiſſe: ac rurſus apud eundẽ Midiũ ce
ab ἄραβις recto . ergo mendum
eſt latine & emendandū arabis
fluminis oſtia . & conſequenter inep
ta eſt gloſſula marginis .

ta:cum uexaretur in alto claſſis/naues tres deſideratæ ſunt.Nemo tn̄ eo-
rum:qui inuehebant̄ (qm̄ haud ꝓcul a littore nauigabant)interiit.Di
greſſus inde circiter ſecundā noctis uigiliam.cc.fere ſtadiis enauigatis co Comala
malam delatus eſt.Cumq; naues ibidem conflictarentur concitato ma-
ri:expoſitis in terram militibus caſtrametatus eſt:Qui longæ nauigatio
nis tædio fatigati requieſcere aliquantum cupiebanr: Neue barbari in ſe
impetum facere ex improuiſo poſſent:caſtra uallo circūdedit.In hoc leo Oritaru;
natus:cui Alex.Oritarū res mandauerat:magno prælio Oritas uicit:cœ ſexmilia
ſis ſex milibus/cum eorum ducibus:de exercitu eius non plus.xv.equi- cæſa
tibus/peditib⁹ quoq; nō multis:& in his Apollophane Gedroſoꝝ p̄ſide
Sed hæc a nobis ſupioribus libris enarrata ſūt:& præter hæc Leonatū au
rea corona ab Alex.donatum.Interea frumentū uti Alex.mandauerat a
Leonato in claſſem diuiſum ē.Refectis hoc loco nauibus:q̄s maris tēpe
ſtas quaſſauerat:Decēq; dierū cibariis ĩpoſitis/& ex nautis:ſi quos maris
tedebat:apud Leonatū relictis.Ex iis:q cū leonato erāt:nautarū nume-
rū ſuppleuit.Mota inde claſſe/quingenta fere ſtadia ꝓgreſſus:& ad flu-
uiū:quē Thomeron uocant delatus ibidē claſſem ſtatuit.Erat iuxta exi- Thomerō flu.
tū amnis Stagnū circa littus: habitabāt ĩcolæ in exiguis qbuſdam tugu-
riis:q uiſa claſſe:utpote re inſolita/& noua obſtupuere:ſeq; ad littus gre
gatim cōtulerūt:ueluti pugnaturi:dū milites e nauib⁹ egrederent̄.Lan Haſtæ igne duratæ ſex cubitorum.
ceas manu gerebāt ſex fere cubitorū/nulla cuſpide præfixa:ſed tm̄ p̄acu
tas igneq; duratas.Erant.ii circiter ſexcenti.Quos Nearchus ut uidit/in
aciem cōſtare.claſſem littori intra teli iactū appelli ĩperat /atq; ĩ barbaros
ſagittas mitti.Nāq; barbarorū lanceæ pp craſſitudinē ex lōginquo haud
habiles erāt.Tum ex militib⁹ nandi peritos/ac leuiter armatos ad littus
nādo iubet cōtendere.Quiq; prius in ſolū enatet adhuc in aqua ſtans
ſociū expectet:q cū ſe iūgat.Nec pri⁹ in barbaros ĩpetū faciat:q̄ tota pha
lanx triplici acie inſtructa ſit.Quo fcō cū ingenti clamore/atq; impetu
barbaros petāt.At barbari ſimulac uiderūt:& q e nauibus deſcenderāt:
in ſe ire/& e claſſe ꝓcul ſagittis configi:armorū ſplendore exterriti:cum
qdē ipſi inermes eēnt:cōfeſtim in fugam uerterūt.Aliquot in ip̄a fuga
cæſi: nōnulli capti:cæteri in mōtes ꝓximos diffugerūt.Erāt captiuis un
gues p̄acuti/ac duri:qb⁹ ꝓferro utebant̄.his piſces occidebāt: mollia li-
gna ſecabāt:duriora uero lapidib⁹ cedebāt.Neq;.n.apd eos ullus ē ferri Vngūes duri
uſus.Feraꝝ pelles iis ꝓ ueſtib⁹ ſūt.Aliis grādiū piſciū denſiores pelles p
cætera hirſuti/atq; horridi ſūt.Fugatis barbaris/Nearchus claſſē ſubduci

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quaſſataſq; naues reparari iuſſit: diebus qnq; quieti datis ſexto die inde
mouit. Cumq; ad. ccc. ſtadia proceſſiſſet: in extremos Oritarum fines ꝑ-
Malana Oritæ. uenit Malanã eũ locũ indigenæ uocant. Oritæ ꝓcul a mari mediterrãea
loca incolunt: ueſtitu/armiſq; indicis utunt̃. Cæterum linguã aliã/atq;
alios mores hñt. Emenſus eſt Nearchus hac nauigatiõe primum ab in-
di fluminis oſtio: per Arrabiorũ oras ſtadia mille: ꝑ Oritarũ. MDC. Vl-
tra Oritas ſcribit Nearchus non eſſe indos: nec umbras eodem mõ ferri
ſed ubi introrſus in mare proceſſerant: ipſas eaſdem umbras in meridiẽ
conuerſas uideri. Cumq; diei mediũ ſol obtinet umbras in his locis nul
las iacere. De ſtellis quoq; quotquot pri⁹ altiores uidebãt̃: alias qdẽ pe
nitus euaneſcere: alias terræ propiores occidere: ſtatimq; exoriri uiſas il-
las ſcilicet: quæ antea ſemp apparebant: & hæc quidẽ non temere Near-
Syene puteus ſine umbra in profunda ualle cẽtũ ſtad. eſt. Meroe ſine umbra chus mihi uidetur ſcripſiſſe. Nam & Syene urbe ægyptia cum ſol æſtate
tropicus eſt: puteus in meridiem ſine umbra oſtenditur. In Meroe quo-
q; eodem tempore umbræ perpendiculares ſunt. Conſentaneum quoq;
rationi eſt & indis ad meridiem uerſis/eadem illa accidere præſertim in
mari indico: quo magis id mare in meridiem inclinat. Sed hæc hacte
nus. Poſt Oritas uerſus mediterranea Gedroſi habitant: quorũ fines dif
ficulter cum exercitu Alex. pertranſiit: pluraq; incõmoda paſſus eſt: q̃ in
tota reliqua expeditione indica. infra Gedroſos loca maritima accolunt
Hicthiophagi. Bagiſara Paſira. ii: quos Hicthiophagos uocant. Hi piſcib⁹ uiuũt: eorum oras cum claſ
ſe legens Nearchus cum ſtadia. DC. proceſſiſſet: Bagiſaram peruẽit. Por
tus in iis locis erat ad recœptum claſſis commodus. Paguſq; Paſira. LX.
ſtadiis a mari remotus. Poſtridie eius diei rupem quandam altam: atq;
præruptam/Longeq; in mare prominentem cum claſſe præteruectus eſt
Defoſſiſq; puteis. multam quidẽ aquam/cæterum ſalſam nactus eſt. Et
eo quidem die in anchoris claſſis ſtetit: qm̃ ad littus accedi nõ poterat:
Altero die in Coltas acceſſit. ſtadia ducenta emenſus. inde ſequenti die
mouens: Cum. DC. ſtadia profectus eſſet. in Calimis conſtitit: qui pa-
Calime Carnina iſula. pecudes piſcib⁹ alunt̃ gus littori uicinus erat: & in eo palmæ aliquot cũ caricis inuẽtæ. Aberat
a littore ad. C. fere ſtadia iſula quædã nomine Carnina: eius pagi incolæ
Nearcho muneri piſces ac oues attulerũt: quarũ carnes ait Nearchus ſa-
pore ab auibus marinis nõ differre. Nã & ipſæ pecudes piſcibus aluntur
Cyſa Carbis. cũ gramina nulla ea regio ferat. Eo qui ſecutus eſt die: cum ad. cc. ſtadia
nauigaſſet: claſſem ad littus egit. pagus a mari ad triginta fere ſtadia
aberat Cyſam uocant: littus adiectum Carbim. hoc loco paruæ quædã

nãuiculæ piſcatoriæ repertæ ſunt: ſed piſcatores nulli. Nam ſimulac con-
ſpexerunt ad littus adigi: deſtitutis nauibus fugam arripuerunt. Frumẽ
ti nulla copia erat. Idq; iam claſſi deeſſe incœperat. Itaq; direpto pecore/
atq; in naues impoſito: inde abiit: ac circũuectus promontorium altum
ac confragoſum ad. C. &. L. ſtadia in mare porrectum in portum quen-
dam tutũ. (Moſornam appellabãt) deuẽit. Hinc ſcribit Nearchus ſum **Moſorna portus.**
ptum a ſe nauigationis in carmaniam ducem Hydracem Gedroſũ ope **Hydraces**
ram ſuam pollicentẽ. Quæ inter hunc locum ac ſinum Perſicum inter
iacent non ſunt curſu tam difficilia: q̃ priora/ac certe celebriora iis oris:
quas ab indis uecti præterierant. Inde diſcedens Nearchus cum claſſe.
DCC. &. L. ſtadiis emẽſis: Balomum littus tenuit. Exinde in pagũ (Bar
nam uocant) ſtadia abinde. cccc. progreſſus eſt: in quo frequẽtes palmæ
& hortuli: in quis Myrtus enatæ erant: uariiq; flores: ex quibus ruſtici ſi-
bi ſerta facere ſolebant. Hoc primum in loco/& cultæ arbores/& homi
nes a feritate aliq̃to remotiores cõſpecti ſunt. Deinde. cc. ſtadia ulterius **Dendroboſa**
profectus in Dendroboſam peruenit. Cum aũt mare eſſet undoſius in
anchoris iactabantur: atq; hinc ſecunda noctis uigilia mouens ad portũ
quem Cophantẽ nominant. peruenit. cccc. ſtadia a dendroboſa: hic & pi **Cophan portus.**
ſcatores inhabitant paruis utentes nauibus. Non agunt naues græcorũ
more: rhemo ad ſcalmum applicato: ſed foſſoribus ſimiles aquas hinc/
atq; inde diuerberant: ibiq; uis multa aquæ puræ/ac dulcis inuenta eſt.
Inde poſt primam noctis uigiliam digrediens Cyza adiit: cum ad. Dccc.
ſtadia nauigaſſet. (Erat id littus icultum/ac deſertum: & ante ipm ſco-
pulus in mari eminens). Itaq; iactis anchoris ibidem i claſſe cœnauerũt
inde enauigatis ſtadiis. D. peruentum eſt ad paruum quoddam oppidũ
in colle ſitum haud procul a littore. Quo uiſo. Nearchus circumiectos
agros (quod ueriſimile erat) coli ratus Archiæ pelleo locũ improuiſo
occupandum inquit: quod putabat oppidanos non niſi coactos fru-
mentum/& cæteros commeatus præbituros eſſe. Repentino autem
prælio non uideri capi poſſe/obſidione ac mora opus eſſe. At iam fru-
menta deficere. exiſtimare ſe ex ſtipulis procul uiſis/regionem illam fru
giferam eſſe. Cuius conſilium cum archias comprobaret: Cæteras qui-
dem naues expediri imperat: ueluti inſtitutum curſum perſecuturas. ne
gocioq; Archiæ dato: ipſe cum una modo naui a reliqua claſſe digreſſus
ad oppidum accedit. Appropinquanti incolæ præter ſpem ueluti ami-
ci cum muneribus tynnis uidelicet aſſis occurrunt. Hi uero Hicthio-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

phagoꝝ ultimi iis:quos primũ inuenere moribus/& uictu ſimiles uiſi
caricas quoq; & alios maturos fructus exhibuerũt.Q uibus benigne ac
Carica fici genus
cæptis/cum nearchus ſe uelle diceret urbem inuiſere/eius rei ptãte facta
oppidũ ingreſſus.Ac primo ingreſſu portulam duobus fidis ſagittariis
cuſtodiendam dat:ip̃e cũ duobꝰ ſociis modo/atq; uno interprete aſcen
ſis mœnibus archiam ſigno edito aduocat.Q uo uiſo cõfeſtim archias
claſſem urbi admouet.Macedones haud mora in mare proſiliunt.Q d
cũ barbari animaduerterent/exanimati arma ſumere conantur.At cum
interpres:quem cũ Nearcho introiiſſe diximus : clamitans diceret fru-
mentum claſſi dari opportere:ſi ſaluũ oppidũ uellẽt.Negare illi primo
ſibi frumenti copiã eſſe.Deinde murũ inuadere: uti Nearchũ cũ ſociis
expellant.Cæterũ ſagittis ſuperne petiti/retroceſſerũt.poſtq̃ uero agno-
uerũt:urbem ſeruari nõ poſſe/ſubeunte iam muros nauali exercitu / ad
preces conuerſi nearchum orare incipiunt:uti oi frumento:qđ in urbe
eſſet accœpto:ſibi urbiq; parceret.Q uibus uerbis motus Nearchus .Ar
chia portas/ac muros urbis occupare iuſſo p urbẽ dimittit:q frumẽta cõ
quirant:uideantq;/ne ea oppidani celent.Farinæ multũ ex piſcibꝰ aſſis
contritis oſtenderũt.Tritici aũt atq; hordei parum . Farina ex piſcibus
pro pane utebant̃.Triticeo pane pro obſonio.Ex quibus parte accæpta/
Nearchus cum claſſe ulterius ire perrexit.Ac nauigans peruenit ad rupẽ
quam Bagiam uocant: quam incolæ uulgauerãt ſoli ſacram . Atq; in-
Talmena portus
de circiter ſecundã noctis uigiliam ſoluens Talmenam adiit portum a
uentis tutũ/ad.M.ſtadia a Bagia longinquũ.Inde in Canaſim urbem de
Canaſis ci.
ſertam ſtadia ab hinc ferme.cccc prouectus eſt:ubi puteum quendã ma
Palmæ
nu factũ repererunt:quem Palmæ agreſtes deſuper natæ cõtexerãt:qua-
rum cacuminibꝰ utpote teneriorib ꝰ exciſis e qbus famem ſubſtentarẽt
Iam.n.claſſi frumentũ defuerat:abierũt:ac iã fame laborantes cum eo:
q ſecutus ẽ die/ac nocte nauigaſſent:Nearchus ante littus deſertum: na
ues in anchoris ſtatui iuſſit.Veritus ne ſi in terrã deſcenderent:multi te
dio nauigationis claſſem deſtituerent.Inde ſoluens cum ad ſepties cen
tena/& quinquageſies ſtadia nauigaſſet:iuxta mõtem:quẽ Canaten nũ
Canates mons
cupant:noctem egit.Stadiis deĩde.DCCC. emenſis in Taios delatus ẽ:
Taii.
ibi pagi quidam exigui/ac deſerti erant:aliquãtum caricarũ & camelos
vii. repererũt:quoꝝ interfectorũ carnibus famẽ pepulerunt ſub lucem
Nearchus cum claſſe digreſſus . ccc. inde ſtadia in Dagaſira peruenit:
quem locum pauci quidam paſtores inhabitant.Deinde ſtadiis.c.ſupra

mille enauigatis in fines Hichthyophagoꝝ delatus ẽ ĩ magna reꝝ neceſ
ſariaꝝ penuria. Erat in his locis ꝓmontoriũ Longe in mare extẽtũ claſ-
ſem terræ admoueri uetuit/atq; i anchoris ſtent.Magnitudo oræ Hichthi
ophagorũ paulo plus dena millia ſtadiorũ cõplectit̃.Alunt̃ piſcibus:un
de & nomen ſortiti ſũt:ſed pauci eorũ piſcant̃.Rari.n.ſunt:q aut naues
habeãt:aut piſcari ſciant:piſciũ copiã maris receſſus præbet:Aliq eoꝝ ræ
tia hñt tãta magnitudine/ut ad ſtadia duo ptendãt:ea ex palmaꝝ foliis
texunt qbus cõtortis ꝓ lino utunt̃:piſcium eos:q ſũt molliores:crudos
ita ut capiunt/mandunt.Maiores aũt/& duriores in ſole torrẽt : deinde
toſtos conterunt:ex qbus ueluti panẽ conficiunt.Sunt q ip̃m puluerẽ
triticeã farina inſpergant.Ea quoq; animalia:quæ cum his ſimul uiuũt
eodẽ cibo nutriunt̃.Illa nãq; regio arida eſt:nec gramen ullũ producit.
Magnã etiam in his locis cancroꝝ/oſtreaꝝ/conchilioꝝ uim capiũt . Gi-
gnit & ea regio ſuapte natura ſalem:ex quo oleum conficiunt: Alii ſoli
tudines incolunt:nec arborem nec fructum ullum ferentis: & hi ex pi-
ſcibus tantũ uiuunt.Aliis aliquantum agri ſationalis eſt. Hiq; frumen-
to ueluti condimẽto quodã utunt̃:Piſces pro pane ſunt. Domos ĩ hũc
modum ædificant:q paulo ditiores ſũt:Balenaꝝ oſſibus grandioribus
Domꝰ ex oſſibus & ſpinis balenarum.
ꝓ materia utunt̃:ex Craſſioribus portas faciũt:cætera multitudo e ſpi-
nis eorũdẽ piſciũ ſibi domos cõſtruũt cœte prægrãdia/atq; ĩmenſa ma-
gnitudine:& alterius gñis piſces multo maiores in oceano:q̃ in nr̃o ma
Pugna cũ balenis
ri naſcunt̃.Scribit.Nearchus cũ aliqñ huiuſcemodi monſtrũ ꝑternaui-
garet tanta aquaꝝ uim efflando in cælum eructaſſe:ut q in nauibꝰ erãt:
attonitis ſimiles cõſtiterint ignari quænã tantæ molis cã eẽt.Cũq; edocti
fuiſſent a nauigatiõis ducibus hos piſces eſſe :remos e manibus præ me
tu excidiſſe:poſtmodũ orõne cõfirmatos iuſſiſſe naues aduerſis ꝓris ue
luti in nauali certamine cõtra belluarũ corpora inferre/atq; ingenti ſtre
pitu remos ĩpellere paruoq; interuallo diſiunctos nauigare:cũq; belluis
appropinquarent:uociferatꝰ q̃ maxĩos ĩ cœlũ edere:tubaq; cãere:qđ cũ
ſtrenue feciſſent:Cœte :q̃ iã appropinquare nauibus uidebant̃:ingenti
ſono ſtrepituq; cõterrita ſeſe in ꝓfundũ merſiſſe:eaq; paulo poſt ex aqs
emergẽtia atq; undarũ cumulos uomitãtia a puppibꝰ cõſpecta:ĩde mul
tiplicẽ plauſũ a nauticis copiis datũ uehemẽterq; laudatã Nearchi prudẽ
tiã.aliqua ad littus appellunt̃:cũ recedente æſtu in uadis hæſere.Alia flu
ctu iactata:quaſi naues tẽpeſtate uictæ in terrã deferunt̃:ex qbꝰ putrefa
ctis oſſa ad domos ædificandas legũt.Oſſa laterũ grãdiora ꝓ tabulis ſũt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Minora pro aſſeribus:maxillarũ oſſibus ꝓ portis utunť.Cũ quidẽ mul
ta eorũ qnq; &.xx.cubitos magnitudine excedant. Dum Hicthiopha-
gorũ Nearchus oras præteruehitur:cognouit inſulam quandã in eo ma
ri eſſe.c.ferme ſtadiis a littore diſtantẽ:hanc incultã ſacramq; ſoli indige
Noſala inſula.
næ aiebant.Noſalam noĩe nec a quoq̃ adiri:quam ſi qs imprudẽs adeat
non amplius apparere.Sed & Nearchus auctor eſt:Nauim quandam e
ſuis:qua ægyptii uehebanť haud ꝓcul ab hac inſula oculis oĩum ereptã
eſſe affirmaſſeq; nauigationis duces ægyptios ingreſſos:haud dubie eua
nuiſſe.ſeq; tum nauim unam cũ mandantis mittere uoluiſſe:quæ inſu-
lam obiens amicos ſocios uocaret:deſcenſu i ĩſulam abſtineret.Cũq; ne
mo proficiſci auderet:eo contendiſſe/ac nautas compuliſſe:uel inuitos
nauem appellere:ſeq; in eam deſcendiſſe:ut uana eſſe oſtẽderet:quæ de
ea inſula indigenæ uulgauerant.Alia quoq; huiuſcemodi fabula de hac
inſula ferebať.Incoluiſſe eam Nereidum unam nomen ignotum com
miſceri oĩbus uiris ſolitam:q nauem caſu aliquo ad ĩſulam appuliſſent
quos poſtea in piſces conuerſos in mare mittebat:ſolem ei ob hanc rem
iratum ex inſula demigrare iuſſiſſe non aduerſatam ſoli:ſed rogaſſe uti
ſibi inſitus uoluptatis appetitus adimereť.Solem poſtulatis eius annuiſ
ſe/ac deinde quos illa ueneficio in piſces uerterat:rurſum ex piſcibus in
Hicthiophagi
homines uertiſſe:a quibus Hicthiophagorũ genus ortum ad Alex. tpa
ꝑueniſſe.Cæterum ex his refellendis:quæ refellere facile erat:non mul-
tum laudis Nearcho tribuendũ puto.Supra Hicthiophagos Gadroſii ĩ
mediterraneis agunt.regionem utiq; aſperã/& ſabuloſam. Quibus in
locis:uti ſuperioribus libris expoſitum eſt.Alex.exercitus:ipſeq; Alexan.
multa incõmoda intulit.Poſtq̃ uero ex Hicthiophagis in Carmaniam
ꝑuentum ante promontoriũ quoddam anchoras iaci Nearchus iuſſit.
Nam & promontorium præruptũ:& mare aliquantum cõmotum erat.
Exinde ſublatis anchoris ſoluens nõ amplius ita directe ad occaſum:ſed
inter occidentem/& ſeptentrionẽ nauigare cœpit:proris nauiũ aliquan
to magis ad ſeptentrionẽ ſpectantibus/& ob id Carmania arboribus fæ
cundior magiſq; frugifera eſt:q̃ Hicthiophagorũ/& oritarum regio:p̃-
terea/& aqs abundatior.Cũq; in eam partem:quã uadicorũ uocant:ꝑ-
ueniſſet:ibi claſſem ſtatuit.Erant in eo loco uites cæteræq; pomiferæ ar
bores/p̃ter oleas:inde ad.DCCC.ſtadia ꝓgreſſus in littus deſertum claſ
ſem appulit:Inde erat cernere rupem ingentem in mare protentã uniꝰ
fere diei(ut uidebať)nauigatiõe: quã locorũ gnari macẽtam appellari

aiebant.Inde cinnamum/& alia huiuſmodi odoramẽta in aſſyrios ad-
uehi Ab eo littore:in quo claſſem iactari diximus:atq; ab ea rupe:quã e
regione uidebant in mare protendi:quemadmodum Nearchus ſen-
Mare rubrum.
tit.Et ego exiſtimo:ſinus perſicus ĩtrorſus recedit:quem mare Rubrum
appellamus.Ad hoc promontoriũ Oneſichritus claſſis gubernator naui
gari iubebat:Sed Nearchus uetuit.nõ eſſe miſſam in ea maria ab Alexã.
iccirco claſſem/quod nõ poſſet totũ exercitũ incolumem traducere: ſed
quod cõſiderari uolebat/oras/ſtationes/portus / atq; inſulas:quæ in his
locis extarẽt:ſinuſq;/& oppida maritima explorari:quæ ſit regio fertilis
quæ ſterilis:nõ debere eos mandata regis p̃terire:appropinquante maxi
me laborũ fine/ac neceſſariaꝝ copia ſuppetente.Timendũ eſſe quod ꝓ-
montoriũ illud in meridiẽ tẽderet:Ne quã in terrã deſertã:& aquarũ in
digam / aut ſole exuſtam incidereť.Nearcho oẽs aſſenſi ſunt:quo con-
ſilio mihi uidetur:claſſem ſeruaſſe.Nãq; eã rupẽ:ut loca circũiecta aqua
rum penuria laborare:uaſtaſq; ſolitudines circũiectas fama eſt.Inde igi
tur ſoluta claſſe.non procul a terra nauigans:cũ ad ſtadia.DCC.progreſ
Neoptana.
ſus eſſet:Neoptanam peruenit:atq; inde.C.ſtadia emenſus ad Anenum
Anenꝰ.fl
fluuiũ:regio Armozia uocabať:culta & oĩum fructuũ:p̃terq̃ oleæ ferax
peruenit.Hic in terram egreſſi cupide requieſcebant a laboribus :quos
multos in mari ad ea loca nauigãdo adierãt.Cũq; eoꝝ aliquot aliquãto
ꝓcul a littore ſeceſſiſſent:uti ea loca:quo uenerant explorarent repertus
eſt ab his homo græco habitu/lingua græca:ad cuius conſpectũ illachry
matos ferunt:quod tot periculis & laboribus defuncti hominem in his
locis græcũ/uocemq; græcam tũ primũ audirent.Qui interrogatus qſ-
nã eẽt:unde accederet:ſe græcũ hominẽ ab Alex.caſtris:quæ haud ꝓcul
abeſſent:aberraſſe/reſpondit.Quo audito confeſtim incredibili lætitia
& clamore ad Nearchum perductus eſt.Ex eo cognitũ nõ plus dierũ qn
q; iter a mari regia caſtra remota eẽ.Ab eodẽ præſidem ab Alex.ei regiõi
p̃poſitum ad Nearchũ adductũ:quem ubi Nearchus allocutus eſt:adeũ
di regis cõſilium cæpit.Poſt hæc ad claſſem reuerſus:poſtridie mane na
ues ſubduci imperat:uti longa nauigatione quaſſatæ reficiantur:& Na
ualiũ copiarũ partem in tuto relinquat.Foſſam p̃terea.& duplicem ag-
gerẽ a fluminis ripa ad littus perducit:& luteo muro circũmunit. Dum
a Nearcho hæc aguntur.Regionis p̃ſes gratũ ſe facturũ Alex.ſciẽ ſi ei de
claſſis aduentu ſuſpenſo incolumem adueniſſe nũciaret.Et Nearchum
ad ſe compoſitis rebus profecturũ:cõfeſtim qua breuius iter erat:id regi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nunciatum miſit. Et ꝗuis Alex. non ſatis fidei nuncio haberet / ſummā tñ lætitiā ex eo cæpit. Poſtꝗ alius atq; alius die trāſiit: cōſiderāti ſibi diē: quo nūcius ad ſe ꝓfectus erat: nō iā amplius id credibile uidebať. Nāq; alii poſt alios nūcii a ſe ad Nearchum miſſi: nihil de Nearcho renūciatū redierāt. Itaq; hoiem tanꝗ mendacē comprehenſum i cuſtodiā tradi ipe rat: haud diſſimulata triſtitia: ꝗ ex falſo (ut exiſtimabat) nūcio cōcepiſſe uidebatur. Interim q ad Nearchū a Rege miſſi fuerāt cū equis / & uehiculis Nearcho & Archiæ cæteriſq; comitibus aduentātibus obuiā facti ſūt. Nec tñ prio cōſpectu illos agnouerunt: adeo īmutata facie uidebanť: capillo / ac barba ꝓmiſſa macilenti ſqualidi / ac pallore cōfecti. Interroganti Nearcho / & cæteris: ubinā eēt Alex. rñderunt / locum demonſtrantes: & nihilominus iter ſuum ad mare pſequebanť: Cumq; pgerent: cōuerſus ad Nearchū Archias hos hoies inqt exiſtimare ad ſe inqrēdos ab Alexā. mitti: ea maxime cōiectura: qd hi eadem uia: qua iῗi uenerant: ꝓficiſcebantur. Nec mirandū eē: ſi ab eis agniti nō ſint pp ſqualorē atq; illuuiē: reuocandos / atq; interrogandos eſſe / quo uadāt. Qui reuocati cū ſe ad Nearchum proficiſci ab Alex. rñdiſſent. Ait Nearchus habere illos quos quærerent: ſe Nearchum eſſe. Itaq; ſibi itineris Duces in caſtra ad Regē eſſent: Qui miro quodam gaudio affecti: iis in uehicula excæptis / ad regē protinus reuertuntur. Quidam in caſtra ad regē præcurrūt: q cū Nearchum / & Archiā cū qnq; mō comitibus adeſſe / nūciaſſent. (Cæterū de claſſe ſe nihil ſcire dicerēt). Ne claſſis his paucis ſeruatis periiſſet: in ſuſpitionem incidit. Quapp nō tm̄ lætitiæ ex incolumi Nearchi / & Archiæ reditu: ꝗtum doloris ex opinato claſſis interitu cæpit. Nec dū hic ſermo deſierat. cū Nearchus / & cæteri apparere cœperunt. Quos cū Alex. uideret ad ſe ire tā miſerabili oris / ac totius corporis habitu: hoc magis uera eſſe exiſtimauit: quæ de claſſe amiſſa ſibi ipſe perſuaſerat. Propiores deinde factos humaniſſime complexus / Nearchum ſeorſum abducit: cūq; abortis ꝓ deſiderio ſuorū lachrymis: aliquādiu ſilere perrexiſſet. tādē reſpirans ait. Poſtꝗ & ipſe / & Archias ſani reuertiſſent minus mali eſſe: ſed ſcire ſe cupere quonā mō claſſis / ac naualis exercitus piiſſet: Tū Nearch⁹ cognita doloris cauſa. Rex inquit & claſſis / & naualis exercitus tibi ſalui ſūt. Quo audito magis pp iſperatā rē effuſis lachrymis: ubi naues eēnt pcontatus eſt: cui cum Nearchus ad Anatim flumen ibi reparari rñdiſſet p iouē græcorū dixit: & Ammonē lybicū ſe magis ſeruatæ claſſis nuncio ꝗ toti⁹ Aſiæ iperio gaudere. Eā nāq; calamitatē oēm ſibi fœlicitatis ſuæ

fructū ꝓblaturā. fuiſſe. Tū ꝓuinciæ pſes: q falſa nūtiaſſe de Nearcho creditus / in cuſtodiā tradit⁹ fuerat a Rege / dimiſſus ē. Poſt hæc Alex. ioui ſeruatori: tū Herculi: Apollini maloꝝ depulſori. Neptūoq; / cœteris diis q mari pſunt: Ludoſq; gymnicos / ac muſicos ædidit: pōpāq; iduxit. Imprimis āt Nearchus oibus ſpectabilis icedebat: ſertis ac florib⁹ ab oī exercitu i eū cōiectis: pfectis ludis Alex. Nearchū alloqtur / ait ſtatuiſſe ſe / aliū ſūmittere: q claſſem Suſas pducat: Velle illius labori / ac piculo parcere. Ad quē Nearch⁹ paratū ſe eſſe: q eius iperio obſequať / atq; ita fieri oportere. Cæterū ſi uolūtatis ſuæ morem gerere uoluerit / hanc ſibi ꝓuinciam eripi nō paſſurū: neq; alii gloriā ſuā: quā iā prope partā hēret traditurū Adhuc loquentē tacere / ac bono aīo eē rex iubet: Non ignorare ſe ꝓfeſſus quantū ei deberet. itaq; eū ad naues remittit: dato modico tanꝗ per pacatam / & amicam gentem pſidio. Cœterū / & hoc iter ad naues nō abſq; labore / & diſcrimine ab eo confectum eſt. Barbari. n. quos uel ſpes p̄dæ / uel metus conuocauerat: munitiora loca carmanæ regionis tenebāt Nam Satrapes eoꝝ Alex. mandato interfectus fuerat. Tlepolemus aūt. qui in demortui locum ſucceſſerat: non dum ſatis obtemperantes imperio ſuo Carmanos habebat. Iiq; ſæpius eodē die græcos inuaſerāt. Aliis ac mox aliis barbaris ſeſe inferentibus. Atq; ita cum labore / ac periculo ad claſſem tandem peruentum. Ibi Nearchus ioui ſeruatori ſacrificio facto certamen gymnicum exhibuit. Poſt hæc deducta claſſe inde ſoluit. Transmiſſaq; inſula quadam breui / & inculta nomine Organa: i aliam inſulam minorem / cultāq; (Caractam uocat) puenit. ccc. ſtadia ab eo loco unde mouerat emenſus. Vites in ea plurimæ / ac palmæ erant / & uarii fructus. Longitudo ſtadia. Dccc. caput: eiuſq; inſulæ Regulus Mazenes Suſas uſq; cum Nearcho nauigauit: ſeq; ducem eius nauigationis exhibuit. In hac inſula aiebāt ſepulchrū eius extare: q primus imperiū inſulæ tenuiſſet: Rubro nomē fuit: a cui⁹ nomine mare illud Rubrū appellatum. Ex eo loco ad. cc. ſtadia Nearchus cum claſſe progreſſus in aliam eiuſdem inſulæ ſtationē deuenit. Vnde alia quedam inſula proſpectabatur quadragena ſummū ſtadia ab hac remota: quæ neptuno ſacra: & inacceſſibilis eſſe ferabatur. Sub auroram inde abiit. Sed cū ſe æſtus uehemens in oceanum refudiſſet: tres naues: quæ terræ ꝓpinquiores erant: i uado hæſere: cæteris difficulter inde extractis. Itaq; poſtea altiore mari nauigare / claſſemq; ſiſtere prexerunt. Cæterū paulo poſt ingerēte ſe ruſus æſtu: Tres illæ: quæ uadis hæſerant: & ipſæ deductæ ad cæteram ſeſe

Sacrificauit. Apollo alexicacoſ

Organa ins.

Caracta inſtru.

Ruber regis ꝓprius qui græce erythrus.

Ogyrim hā multi uocā & dionyſi⁹ byzantius

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

claſſem contulerũt: quæ.xl.ſtadiis emẽſis in alia iſula.ccc.ſtadia a cõtinẽ
te remota ſubſtitit. Inde relicta ab læua inſula quadam deſerta ad pylo-
Dodone opp. ram iſulam delatus eſt: In ea exiguum oppidum Dodonem appellabãt:
in quo nullius rei p̃ter q̃ aquæ/& piſcium copia erat. Nã & hi quoqꝫ op
pidani ob inopiam cæterarum frugum piſcibus aluntur. Nanqꝫ ſoli na
tura ſterilis erat: ac nullius frugis fœrax. Ex inde.ccc.ſtadiis enauigatis ꝑ
uentũ eſt ad ꝓmõtorium longe in mare porrectũ. Soluta ĩde claſſe Ne-
archus littori ꝓpinquam inſulam incultam Cetæum: quã Mercurio/ ac
Catæa Veneri dedicatam ferebant: adiit.ccc.ſtadiis cõfectis. In hanc iſulam au-
tem annis ſingulis a uicinis populis oues/ & capras Mercurio/ac Veneri
conſecrataſ: tranſmitti eaſdem poſtea diuturnitate tẽporis/ac ſolitudine
efferatas hoĩnũ conſpectum effugere. Ad hunc uſqꝫ locum Carmani te/
carmaniæ lõgitudo. nant: quæ deincepſ ſunt: perſæ habent. Longitudo Carmanæ oræ ſtadia
D cc. ſupra tria milia cõtinet. Viuunt Carmani perſarũ more. Nam perſi
di finitimi ſunt. Iiſdẽqꝫ armis in bello utunť. Soluta ĩnde claſſe Near-
chus oram perſidis p̃teruectus ad Caicãdrũ inſulam.xl.ſtadia nauigauit
ubi inſula breuis oppoſita portũ efficit. Inde ĩ iſulã cultam deuentũ: in
qua Margaritas reperiri quẽadmodũ in mari indico Nearchus ſcribit: e-
ius inſulæ promontorio emenſo ad.L. abinde ſtadia ſtatio claſſi reperta
eſt. Inde ad montem ex celſum: Ocus nomen erat. acceſſit: & in eo por-
Ocꝰ mõs. tus immobilis: quem Piſcatores habitant. Ex inde in Apoſthanis uectꝰ
eſt.cccc.&.L. ſtadiis confectis. Nauiculæ complures ibidam erãt. Supra
littus ad.Lx. ſtadia Pagus: hinc & in ſinum multis uicis celebrem itum
eſt. Stadiis.cccc. decurſis: claſſis ad latus montis: qua parte ad planitiem
declinabat: conſtituta eſt. In eo & palmæ multæ creuerant: & alia quæ-
cunqꝫ pomorum genera naſcuntur. Inde in regionem excultam ſtadia
Oreon fl. maxime.D C. profecta claſſe ad exitum exigui fluminis: Oreon nomen
erat: acceſſu difficilis in amnem ingreſſus fuit. Nam maris æſtus os eius
coartauerat. Inde mouens Nearchus cum ſtadia circiter.D ccc. naui-
gaſſet/ad Sitacum amnem delatus in ipſo flumine claſſem continuit.
Sed neqꝫ huius amnis ingreſſus facilis fuit. Omnis hæc nauigatio per
Perſidem loca plurimum uadoſa/ac paluſtria ſunt. Hoc loco Nearchus
repperit magnũ frumenti numerũ Alexãdri iuſſu cõuectũ: ibi dies unꝰ
ſupra.xx. ad q̃etẽ nauigantium cõſumptus. Subductis iterim/ac refectis
oĩbꝰ: quæ ſalo quaſſata fuerãt. inde deducta ſolutaqꝫ claſſe. D cc.&.L.
ſtadia emẽſus ad Hieratim oppidũ ꝑuenit: claſſẽqꝫ ad Riuũ a flumine:

ſtadia emenſus ad Hieratim oppidũ ꝑuenit: claſſemqꝫ ad Riuũ a flũine
cui nomẽ erat cratemis ꝑduxit. Poſtridie ſub lucẽ diſcedens ad amnem:
quẽ Padagrũ nominant: peruenit: Circa hunc locum Hortuli irrigui/at
qꝫ oĩs gñis poma erãt: locũ Meſſambriam appellabant: peninſulæ formã
obtinẽtem. E Meſſambria digreſſus cũ.cc. ſtadia cõfeciſſet: in Taornum Taornus flu.
ad Granidẽ flumen claſſem auertit: ſupra fluminis Oſtium ad.cc. ſtadia
in mediterraneis ſita ſũt perſarũ regum palatia. Refert Nearchus ſe ĩ hac Granis fl.
nauigatione Balenam uidiſſe maris tempeſtate in littus eiectam: quam Balenæ
q emenſi ſunt.L. cubitorum eſſe rettulerunt. Pellem ſquãmoſam unius Magnitudo
cubiti craſſitudine: & in ea oſtrea/atqꝫ alia huiuſmodi tanq̃ in ſcopulo ĩ-
nata. Delphines pleroſqꝫ circa eam uiſos longe maiores iis: q in nr̃o ma-
ri uerſanť. Ab hoc flumine ad.cc. fere ſtadia ulterius ꝓgreſſus ad Rogo-
num amnẽ curſum tenuit. Inde ad.L. ſtadia nauigando ad Bizanã flu-
men: ubi difficulter claſſem ꝑꝑ uada/& ſcopulos/ mariſqꝫ fluctuationẽ
hũit. Flumen inuectam cum recedente æſtu in uado hæſiſſet: mox re-
ciprocante æſtu/euaſit. indeqꝫ ad Aroſim ꝑuenit fluuiũ omniũ maximũ Aroſis fl.
ut Nearchus ait: quos in tota hac nauigatione oceanũ illabi uiderit. Ad
hunc uſqꝫ amnem Perſæ tenent. Vlterius Suſii incolũt: hi ꝓpriis & ſuis Suſii
legibus uiuunt. Qui ſupra eos in mediterraneis habitant: Vxii uocanť Vxii
quos ſuperioribus libris latrones eſſe diximus. Vniuerſa perſarũ ora q̃t- Stadia hæc ſunt.
tuor millia &.cccc. ſtadia conficit. Perſidis regionẽ tripliciter diuidi fa- Dli. milliaria.
ma ẽ. Nam quæ pars eius ad mare rubrũ reſpicit arenoſa eſt/& ſterilis ꝑꝑ
immodicos calores: quæ in ſeptẽtrionẽ uergit: temperata/& frugifera ẽ.
Prata in ea multa irrigua: Vites/& cæterarũ cultarum arborũ genera p̃-
ter oleas: itemqꝫ Hortuli amœniſſimi omni pomiferaꝝ arboꝝ gñe con
ſiti. Flumina præterea: Lacuſqꝫ puriſſimi: Aues quoqꝫ quæcũqꝫ circa am
nes lacuſqꝫ uerſanť. Equorũ quoqꝫ/& cæterorũ iumẽtorũ paſcuis/& ue
natibus aptiſſima hæc regio eſt. Ea uero pars: quæ ad ſeptentrionem
expoſita eſt: niualis/ac frigida eſt. Ait Nearchus legatos quoſdam ab
Euxino ponto uenientes breuiore quadam uia profectos ſibi obuiam
in pſide factos eſſe. Idqꝫ permirũ Alex. uiſum breuitate itineris cognita.
Suſiis Vxios finitimos eſſe: quemadmodum Mardos Perſis: & Caſſeos
Medis iam diximus: quas omnes gentes Alex. ꝑ hyemẽ domuit: quæ oĩ
tp̃e ſe adiri nõ poſſe exiſtimabant: urbibuſqꝫ ibidẽ cõditis ex paſtoribus
aratores fecit: ut haberẽt unde/& ipi timerent: neqꝫ amplius ſibi inuicẽ
latrocinãdo obeſſent. Nearchus poſt hæc ſolita claſſe ſuſiorũ oras ſulcaſ-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſe cœpit.Cæterũ q̃ ſequunt̃/nõ ita affirmat:ut affirmanda uidebantur.
Narrat mõ ſtationes/ac portus inuentos:tũ nauigatiõis magnitudinem
orá eẽ ex magna parte uadoſam cũ pleriſq; ꝓmontoriis:eandẽ eẽ naui-
gãtibus piculoſam/atq; incõmodá.Aſſumpta ĩ naues ex eo flumine qn-
q; dierũ aqua.Aiebant.n.nauigationis duces nõ repperiri aquá ad ma/
gnũ terraꝝ ſpatiũ.Cũ ad.D.ſtadia proceſſiſſent/ad Cataderbũ lacũ piſco
Cataderbꝰ lacus — ſum proras auerti iuſſit:a quo lacu non parua quædam inſula : quam
Margaſtana. — Margaſtaná uocát:ſita erat.Exide ſub lucẽ mouẽs p uada ferri cœpit iter
q̃ uix ſingulæ naues tráſire poterát.Vada ex palis hinc/ atq; hinc affixis
Leucadis uada. — agnoſcebantur:non ſecus/atq; apud Hiſthmon/& Leucadé/ atq; Acar
naniá ſigna quædam expoſita ſunt:ne naues inuada incidát. Sed apud
Leucadẽ uada fabuloſa ſunt:Naueſq; inde facile euelli pñt.Verũ hic li-
mus eſt tenax/ac profũdus. Quapp impactas naues extrahere difficile
erat.Neq;.n.in alto/ac tenaci limo conti:qbus niterent̃/qcq̃ proderát/
& exilire e naui fruſtra erat:qm̃ ſubſidẽs limus hoiem pectore tenꝰ ſup-
primebat. Per hũc modũ ſtadiis. DC.difficulter enauigatis:nuſq̃ e naui
bus deſcenſum ẽ.Noctu deinde nauigans Nearchꝰ & ſequẽti die uſq;
ad ueſperá/ſtadiis.DCCCC.cõfectis:ad Euphratis flũinis oſtiũ deuectꝰ
Diridotis. — ẽ iuxta pagũ quendá babyloniorũ:cui nomẽ Diridotis:quẽ quidẽ in lo
cũ negociatores thura/& alia huiuſcemodi odoramẽta:q̃ Arabia gignit
Euphrates — deferunt.Ab oſtio Euphratis ait Nearchꝰ uſq; Babylonẽ tria millia/ &
ccc.ſtadia contineri:hoc loco Nearcho nunciatũ eſt Alex.cũ exercitu ſu-
ſas petere.Itaq; aliquãtum retro nauigauit Paſitygrim uerſus:uti aduer-
ſo flumine nauigans Alex.coniungeret̃.Orá relegens a leua ſuſios habe
bat.Lacũq;:in quẽ Tygris amnis decurrit:q ex armenia fluens iuxta Ni
nũ magná olim/atq; opulentá urbẽ interiectá regionẽ ſuá/& Euphratis
facit:quæ ob hanc cãm Meſopotania noiat̃.Is lacus ab ipõ flũine. DC.
Aginis pagus. — ſtadiis abeſt.Ibi eſt Suſioꝝ pagus:quẽ Aginin uocát.Ipſa aũt urbs inde
diſtat/ſtadia ꝓpe.D.Suſiorũ ora uſq; ad Paſitygris oſtia ad duorũ ſtadi
orũ millia porrigit̃.Ex Paſitygri Nearchus cũ claſſe aduerſo flũine fere-
bat̃/p regionẽ celebrẽ fertileq;.Cũq; ad.c.& .l.ſtadia pueniſſet : cõſtitit:
donec ad ſe redirent:quos regẽ q̃ſitũ miſerat.interea diis gr̃as agens pro
reducta claſſe certamia cõſtituit:Naualibus copiis ĩ lætitiá effuſis. poſtq̃
nũciatũ ẽAlex.appropinquare:& ipẽ quoq; aduerſo flũine claſſẽ ſubiigi
uti Regi occurreret/iuſſit:ibiq; ſubſtitit:ubi paratas naues Alex.repperit
qbus ſuſas exercitũ traducere cõſtituerat.Quo ubi rex ꝓfectus ẽ incre-

dibili gaudio/& gratulatione utriq; exercitus cõiuncti ſũt.Deĩde Alex.
ꝓ ſaluis nauibꝰ ſacrificio facto uarii gñis ludos exhibuit.& magna qdẽ
Aurea corona — erga Nearchũ oĩum charitas apparuit.Quoquo p caſtra ibat uariis flo-
ribus inſpergebat̃.Poſt hæc Alex.Nearchũ ac Leonatũ corona aurea do
nauit:quá de Oritis/& aliis barbaris Oritaꝝ ſociis adeptꝰ fuerat.per hũc
modũ exercitus reductus ẽ:quẽ cũ claſſe ab oſtio indi flũinis mouiſſe di
ximus.Quæ uero ab dextra maris rubri ultra Babilonioꝝ termĩos ſita
ſũt:ea utplurimũ Arabes tenent:ptinentq; ad mare phœniciæ/ac Syriæ
paleſtinæ.Cæterũ uerſus occaſũ:quo ad mediterraneũ mare ægyptii/ara
biæ cõtermini ſũt.Ad ægyptũ uero ſinus ingrediẽs ex oceano mãifeſto
indicat rõne cõcurſus:cũ oceano nauigari poſſe ex babylone in eũ ſinũ:
q ad ægyptũ ptendit.Sed tñ nemo p ea loca nauigauit pp caloris ĩtẽperá
tiá/& ſolitudĩes ĩteriectas.Ná hi:q de exercitu Cambyſæ ſeruati ſunt: ex
Cambyſæ exercitus. — ægypto ſuſas ꝓfecti:& itẽ:q a Ptholemæo lagi ad ſeleucũ Nicanorẽ ba-
Ptholomæus lagi fi. — bylonẽ miſſi ſũt p Arabiæ fines ꝓmontorio quodá tráſmiſſo:octo dies
terrá deſertá/& aquaꝝ inopẽ peragrauerũt. Camelis quoq; ĩſeſſis aquas
Seleucus Nicanor — ĩportantes noctu ſolũ ꝓficiſcebát̃.Neq;.n.interdiu ſolis ardores pferre
potuiſſent.Tm̃ itaq; abeſt:ut ulteriora huius regiõis e ſinu arabico ĩ ru-
brũ mare uergẽtia cultoribus frequẽtata ſũt.Cæteꝝ qdẽ arabico ſinu:q
ad ægyptũ ſpectat:aliqñ ꝓfecti:ut arabiá illá plurimá circũueherentur:
Mareq;:qđ ad Suſas & pſas ptinet:ĩuiſerent.Cũ multũArabicæ oræ emẽ
ſi eẽnt.Poſtq̃ aq̃ nauibꝰ ĩpoſita deeſſe cœpit:retro cõuerſi ſũt.Ex babylo
ne aũt:quos miſit Alex:ut a rubri maris dextra nauigantes ea loca explo
rarent.Inſulas quidẽ aliquot.hũiles ſe uidiſſe:& aliqbus in locis Arabiæ
oras attigiſſe rettulerũt.Id uero Promõtoriũ ingẽs:qđ Carmaniæ oppo
ſitũ ſe uidiſſe Nearchus ſcribit.Non ẽ:q potuerit ex alterutra parte naui
gãdo ſuperare.Ego uero nõ dubitaueri:ſi eẽt nauigabile Alex. utiq; id
p ſuos experturũ fuiſſe.Tãta illi cupiditas agnocẽdaꝝ reꝝ occultaꝝ fuit
Háno carthaginiẽ. — Et Háno qdẽ Carthaginiẽſis ultra Herculis colũnas ĩ oceanũ nauibꝰ ꝓ
Herculis columnæ — uectꝰ ẽ.Aphricá ab leua relinquẽs/nauigáſq; ꝓceſſit:q̃diu ſibi uerſus ori
entẽ ſolẽ curſus.fuit:quẽ curſũ qnq; &.xxx.diebꝰ oĩno confecit. Poſtq̃
uero ad meridiẽ cõuerſus ẽ in multas difficultates ĩcidit:aquaꝝ inopiá/
calores ĩmenſos & ueluti riuos quoſdá igniũ ĩ mare ruẽtiũ.Sed tñ Cyre
næ q̃q̃ ĩ Libyæ ſolitudinibꝰ ædificatæ & fertiles:tũ & aquoſæ ſũt:ſyluas
& prata hñt/oĩs gñis fructuũ/atq; aĩaliũ domeſticoꝝ ferax ea regio ẽ: ſil
phiũq; gignit.Vlteriora ĩculta atq; arenoſa ſũt.Et hæc qdẽ de rebus in-
dicis ſeorſũ a me cõſcripta in ipm Alex.Philippi referantur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶IACOBVS Curulus Genuēſis Arnaldo Fenoledæ Equiti hiſpano
V.Cl.atqꝫ ornatiſſimo.S.P.D.Bartholomæus facius cōterraneus meꝰ/
& familiaris tuus/ut noſti his temporibꝰ nr̃is claruit apud diuū Alphō
ſum regem nr̃m.Cuius hiſtoriam & complura inſuper opera elegantiſ
ſime ſcripſit nō ſine magna/& Regis/& authoris ipſius laude/gr̃a/& di-
gnitate.Delectabat̃.n.rex inclytus/& quidem uehementer litteris/uiris
lr̃atis/ac libris:quos & magno ī honore habuit : & ampliſſimis præmiis
ac mūeribus undiqꝫ ad ſe accerſebat.Inter quos uidimus Aeneā ſenen-
ſem præſulem:q poſtea Pius ſummus Pontifex effectus ē.Is cum apud
Regem legationis munere fungeret̃:Videretqꝫ regē tantopere libris af-
fectū in germaniā rediens miſit ad eum traductionē quādā Arriani græ
ci rerū geſtarū Alex.ſcriptoris ueriſſimi:quā Paulus Vergerius uir doctiſ
ſimus/& alioqui eloquentiſſimus in latinū uerterat:ſed barbare:quo ſi-
giſmundus germanorū imperator:apud quē illa tēpeſtate diuerſabat̃:
poſſet hiſtoriā intelligere:q a dicendi ſuauitate/& elegantia penitus ab-
horreret.Is liber cum ad Regē nr̃m fuiſſet perlatus:oēs: q lr̃as profite-
bamur/magno cū deſiderio illum legere īcœpimus. Verum oratiōis cō
cinnitas plures a legendo deterrebat.At rex ſapientiſſimus cognito libri
uitio continuo Facium uoluit pro eius dicendi facilitate/& ornatu ne-
gocium ſumere/ex barbaro latinum faciendi:quod iuſſu regio/& ſuaſu
modo præſtare haudquaq̃ recuſauit.Mihi &enī indignum uidebatur
adeo ſingularem/adeo præſtantem/& uerā hiſtoriā adeo negligenter de
perire.Ille aūt tanto ſtudio ſuſcæptū negociū amplexus ē:ut in eo annis
circiter tribus/dies/& noctes incubuerit/ſūmaqꝫ diligentia elaborarit.af
fui ego una ſæpius cū Nicolaū Sagondinū/&Theodorū teſſalonicēſem
uiros ſūmos & græcarum / & latinaꝝ lr̃arum eruditiſſimos cōueniret &
ab illis multarū reꝝ:quæ latinis obſcuriora uidebant̃ explanationē exq
reret:Q uæ Vergerius abſurde tranſtuliſſet.Hi Arrianū multis laudibꝰ
eferrēt.Itaqꝫ hiſtoriam ip̄am latinā/& ſuauiſſimā reddidit Facius nr̃.Cu
ius tn̄ cū quartam uix partem preſſiſſet:reliqs tribus non dum ſatis eli-
matis morte præuentus opus multis lituris abolitum/ & uulneribus pe
ne confoſſum reliquit.Q uod uiuēs Alphonſus rex haud multo anteq̃
& ipſe mortē obiret/recuperauit:ut aliqn̄ aliqualiter reſtitueretur.Nunc
aūt rege uita functo:cum eſſem(ut ſcis)Facio ꝑfamiliaris:ſcriptaqꝫ ſua:
ut profecto magnifacienda ſunt:magnifacerer/& admirarer . Non ſum
paſſus hanc tantam hiſtoriā ſimulqꝫ hominis amiciſſimi ingentes labo-

bores/& uigilias deperire.Itaqꝫ cum tibi hanc a rege relictā hæreditatem
uideré:ut libros uehementer & lr̃as adamares:librū pene extinctū in tui
gr̃am reſtituere:curaui:& ut potui emendatū exſcripſi:ut hiſtoriā notio
ne digniſſimā cognoſcere poſſis.Cæterū id mihi fuerit præmiū mei labo
ris/uel maximū:quod uiri optimi/& amiciſſimi mei labores n̄ ſinā debi
to in hac re ſuæ gloriæ fructu fraudari:& tuæ in me beniuolentiæ/ac li-
beralitati: cui oīa me debere ꝓfiteor:aliqua ex parte ſatiſſecero. Vale.

¶ALEXANDER Gabuardus Turcellanus Thomæ plouatatio
patricio Conſtantinopolitano iuriſconſulto.S.P.D.

m VLTVM Debebūt bonarū lr̃arū indagatores Sigiſmūdo Gol
pho Pergolano Viro doctrina multiplici/Totiuſqꝫ antiquita-
tis curioſo:Thoma iuriſcōſultorū cōſultiſſime: Q ui extinctā
pene de Alexādri magni rebus geſtis Arrhiāi hiſtoriā reſurgere & in lu
cem ꝓdire enixiſſime curauerit:Arrhianū inquā imprimis philoſophū
& hiſtoricū:Q ui licet genus ſuū profiteri nō oportere ī prio huiꝰ opis
uolumine exiſtimauerit:Ip̄m tn̄ Euſebius in annalibus & Suidas:quos
ego maxios auctores habeo:Nicomedēſem fuiſſe ſcribūt.Hic Alexādri
magni macedonū regis hiſtoriā hāc libris ſeptē græce cōplexꝰ ē:Et ita ar
tificioſe res eius geſtas ꝑſcripſit:ut merito īter p̄ſtantiſſimos & receptiſſi
mos auctores annumerari poſſit.Octauū his adiecit ī quo res indicas ꝑ
tractat.Fatetur ipſe in quinto & in ſexto huius uoluminis res īdicas nar
ratuꝝ.Q uos induſtria & labore Bartholomei facii latinos/ut uides ha
bemus.Thadæus ille Vgoletus parmenſis uir in utraqꝫ pagina doctiſſi-
mus me ſuis lr̃is admonuit ſe legiſſe interp̄tationē Arrhiani a Nicolao
Sagundino factitatā fuiſſe.Scripſit ēt idē Arrhianus de rebus bithynicis
teſte Stephano in tertiodecio elemento: De Epitecto philoſopho deqꝫ
eius diſertatiōibus tribus uoluminibus opus cōdidit/ita ut Xenophon
cognominatus fuerit:Floruit ī patria ſua:in qua ut ip̄e ī prio huiꝰ opis
atteſtat̃ honores magiſtratus adeptꝰ ē.Per eadē tp̄a ēt in urbe emicuit
Q uibus Hadrianus & M.Antoninꝰ Cæſ.īpararūt:Vt idē euſebius me
moriæ ꝓdidit.A qbus ut auctor ē Eliconius ob lr̃as honoribus uſqꝫ cō
ſularibus uectus ē:Legi ēt Arrhianū iuriſconſ.inſignē fuiſſe.Q uē Pau
lus patauinꝰ citat ī lege Arrhianus digeſtis de actio.& obliga.Et ulpianꝰ
Tyrius in.l.i.paragrapho q aūt/digeſtis quoꝝ legatoꝝ:ubi affirmat ip̄m
belliſſime ſcripſiſſe/Nā plures li.ſcripſit ī iu. Ci. Et p̄cipue de re militari

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ipſiꝰ ēt extāt leges in pādectis Iuſtiniāi imp. Lex uidelicet q libertatē de liberali cā & lex q cū uno: & lex nō oēs: & lex oē delictū de re militari: q̄re hūc eūdē Arrhianū fuiſſe q eiſdē tp̄ibꝰ floruit. (Nā i dicta lege oē delictū paragrapho qs uulnerauerit aduocat Impatorē Hadrianū): Q ui philoſophꝰ & hiſtoricis & iurecō. fuerit quis ſapiēs mediocriter affirmabit Iudicēt tñ doctiores & Tu uir Iu. C. doctiſ. Q ui uitā Arrhiāi & aliorꝫ iurecōſ: legaliter & hiſtorice cōplexꝰ es. in ope tuo de p̄ſtātia doctorū: q a Phorōeo iachi Argiuorū rege ad hæc uſqꝫ nr̄a tpa defluxerīt i nono uidelicet li. ubi de claris iuriſcō. Q đ merito Ioāni SFortiæ Illu. Clemētiſ. Piſauri dn̄o dedicaſti: Nō. n. qđ mihi uī cœteris oibꝰ ꝓbādum erit: Me haud pēitebit eorꝫ eē ſniæ q eūdē fuiſſe arbitrāt̄: Fuit & alter Arrhianꝰ poeta Tyberii Imp. tp̄ibꝰ: cuiꝰ carmibꝰ ip̄m Tyb. Delectatū fuiſſe Trāqllus ſcribit: eiꝰ āt opa ſuidas Cōmemorat: Metaphraſim Geor. Virgilii Alexādrida poema uidelicet de eiuſdē Alex. magni geſtis lib. xxiiii. Alia quoqꝫ i attalū pgamēſem poemata: Fuit & tertiꝰ Arrhianꝰ q maximini & gordiāorū uitā memoriæ tradidit/ut inuit Iuliꝰ capitolinꝰ his uerbis Gordiāi iqt nō ut qdā iperiti loquūt̄ duo ſed tres fuerūt: idqꝫ Arrhiano ſcriptor̄ græcæ hiſtoriæ docēte: Tp̄orū ergo rō ſine cōtrouerſia exigit ut oio hūc aliū Credā poſteriorē duobꝰ noiatis quū primꝰ q de Alex. ſcripſit Nicomedeñ. fuerit. Tp̄ibꝰqꝫ Hadriāi & M. Antōini. Teſte ēt. R. Volaterāo: Q ui multiſciꝰ ē. Li. xiii. Cōmē. Vrbā. floruerit: Leges igr̄ Arrhianū nr̄m legū iterp̄s acutiſ. Sepōitis paulū ſacratiſſ. legibꝰ cuiꝰ uitā tibi dedicaui Tū qa Arrhianū. iu. c. & hiſtoricꝰ. Tū quoqꝫ iuriſcō. & hiſtoricus tū qa fortaſſe i aliqbꝰ poterit tibi manū p̄bere in hiſtoria quā iā Piſauri. Cōdidiſti inq̄ poteris limatiſſimo tuo iudicio. (Q đ uiris qi ꝓ lapide lydio debet eē) iudicare/Arrhianū phm̄ hiſtoricū & I. C. eundē eē. Tu igr̄ q̄ primū ad metas tui opis pcure. Illudqꝫ q̄ primū chalcographis iprimēdū tradas. Nā adlaturus es ſtudioſis emolumētū. Tibi uero ppe tuā gloriā. Vale Cæſareii pōtificiiqꝫ iuris lumē ſplēdidiſſimū: Alexādrū ſemp tuū ama q te ob tuas ampliſſimas uirtutes amat Colit & obſeruat ſubſignatū Piſauri. M. DVIII. eid. Iun.

Opera & ipenſa Hieronymi de Sōcino Arrhianus Imp̄ſſus eſt Piſauri IOANNE SFORTIA. Regnāte. Anno. M. Dviii. Die. ix. Iunii.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R Oēs ſūt terni preter O qui eſt duernus.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES